quîs *Jacobinus* in cæſia gente de pinea in ſepulcris, quales etiam in *inſcriptionibus Appiani* viſuntur, & *Zamoſcius in Inſcriptionibus Daciæ* de pineis in turris cuiusdam apicibus nihil huc facere omnino aſſentior. Paria autem te *in Boijs rebus* præſtiturum cum iudicauerimus, gaudio etiam majore — perfuſi ſumus. Quod inſtitutum vt fortiter perſequaris, Publico nomine hortamur & oramus. Petiiſti per *Hæſchelium* à *Meliſſo*, ſi quid ad id è bibliotheca Palatina adminiculi. Is ſe indagaturum, & ſignificaturum promittit. Equidem nihil adhuc memorabile noui, niſi *Chronicon* quoddam *Ducum Bauarorum Palatinorumque à monacho Ratisponenſi Andrea* ante 200. paullo minus annos ſcriptum, regnante Sigismundo Imp. Quod ferè totum compilauit (exſcripſit) *Trithemius in Genealogia Palatina* aliquando Francofurti edita, ſed rara repertu; & in *Chronico Hirſaugienſi* — — — Ego ipſum *Andream* integrum, *cum ſupplemento Trithemii* ad ſuam ætatem, *& meo* ad noſtram, nec ſine notis, in publicum dare breui conſtitui, fauente Domino; ſi modo tanti videatur. Ita omnia (vera) fabulis permixta, ut illud rerum Germaniæ tempus non iam μυθικὸν ſed ἄδηλον poſſit videri. Fors accedent & alia ſubſidia, quorum participem te lubentes & merito faciamus. Monet *Meliſſus*, ad Ducem Johannem Palatinum, qui Bipontj, Neopur-

Neopurgici fratrem, Eas de re referre, quo viro nullus rerum harum, præsertim quæ ad Domum Palatinam, diligentior & solertior indagatur, addo & felicior. Si quidem Genealogiam Palatinam omnibus numeris absolutam a prima origine ad nostram ætatem deductam concinasse perhibetur & ipse profitetur. Sed de his iam satis, & forte breui plura. Vidimus & *Eugippium* tuum, & *Vdalricum* Episcopum. Cuius *Vdalrici* gesta & vitam (forte eandem cum tua editione) nuper adeo in Spirensi bibliotheca an bibliotheca vidisse meminj manuscriptam perantiquam & optimæ notæ, & eius generis plura. Inde si videatur, facili (leui) negotio nancisci possis. Vidimus denique *Publicianum Panegyricum*: quem etsi in bibliotheca manuscriptum, & ante sexennium Parisiis excusum haberemus, tamen editione tua in quibusdam integriori, & accuratiori magis capimur. Eam editionem *Joan. Opsopæus* tum Parisiis procurauit, qui iam apud nos Medicinæ professor: sed exemplaria, ob turbas ciuiles Gallicas, vix ibi in publico visa, nedum ad nos exportata fuerunt. Ita ut describere mihi ante biennium necesse fuerit. Mitto tibi ipsum collatum cum MS. nostro. Si quid forte inde editioni vestræ (res enim vsque adhuc integra videtur) variae lectionis aut emendationis accedere possit. Mirus certe Panegy-

riſtes & ob artificij nouitatem tam dignus luce, quam ipſe aliàs ob ſtyli & rerum obſcuritatem, (neceſſariam illam tamen magis in eo ſcribendi genere, quàm affectatam) lucis indigus. &c.

II.)

M. Freherus ad M. Welſerum.

S. P. D. Bene ceſſiſſe audaciæ meæ, ampliſſime Conſul, per humanitatem tuam ipſa fama & ſpe mea majorem, ſed tui ſimilibus, id eſt magnis viris, propriam & coalitam, eſt quod ſeriò gaudeam. Viciſti me, vt vincis aliis rebus, etiam officio & ciuilitate; Tuum igitur, ceu victoris leges foederi & clientelæ dicere; meam accipere, & imperata facere: in quo certè ipſo non patiar deinceps me à quoquam tuorum ſiue amicorum ſiue ſuſceptorum ſuperari. Ad ſuauiſſimas autem literas tuas, comitate & candore plenas, breuius quam vellem & deberem, reſpondere me cogit tabellarij feſtinatio, & nonniſi vnius noctis apud nos mora. Quod tamen aliàs prolixitate compenſabitur: ſi modo hominem importunè officioſum, tibique in Republica occupato veluti obuaricantem ferre poteris. *Duſae* & *Grutero* ſalutationem tuam ante hunc ſolis occaſum annuntiabo, & hoc euangelion merebor. *Meliſſo*

lisso iam feci, qui sua tibi officia quam prolixissimè me deferre jussit: nec memorem solum in eo quod scis, in quo etiam me monitorem assiduum habet, futurum; sed & Musæ suæ salutandi tuj partes iam imposuisse. In *Bojicis* te laborare, vt inaudieram, cum voluptate intellixi. Laborem longum & latum esse nec ipse ambigo: sed nec tuis viribus & ingenio majorem, nec nominis fama indignum. A vitarum scriptis iam parum lucis affulgere huic prouinciae, vt & toti & tantæ Germaniæ, dolendum est. In queis & *Andreas* ille meus, & *Tritbemius* Spanh. Abbas, scriptor alias non indiligens, qui in *Bojicis Andream* hunc meum epitomasse videtur, vt in Francicis *Hunibaldum Wastboldumque*. Hoc tantum dicunt, ante Troianum bellum Bauarum quendam in Bojaria regnasse, postea Noricum Nerontis filium in Norico, Tiberij tempore Boamandum & Ingramum ex Armenia illum aduolasse, deinde Adelgenum & Theodonem, sub Mauricio Garibaldum Theodelindae Longobardæ maritum: inde transiliunt ad Ottilonem sub Pipino, & Taphilonem sub Karlo Magno: in quo æuo se paulatim diffundunt, ad suum uterque seclum. Hos ego ad nostram usque tempestatem, in Palatinis Rhemensib. rebus, missis Bauaricis ab Auentino iam præceptis, continuare constitueram, notisque quibusd. illustrare, in quibus quæ vna habent authoritatem ex aliis auctoribus eis adstruendo; quæ sequiora sinceriorum

annalium & archiuorum fide corrigendo: Et hoc forte est, quod de Genealogia inaudiueram: quam post Trithemium illum, fidum & diligentem rerum indagatorem, & Naucletum, Auentinum & nouissime Heroldum, concinnare velle, actum agere fuerit. Maius certe illud eiusd. *Tritbemii* Opus de Bauaro Palatini Spanhemensib. rebus (cuius ibidem, vt Epitomes illius, in vita eius Polygraphiæ praefixa est) periisse, deplorandum est. Fertur enim incendio arcis Herbipolitanæ, quo loci ille sub finem vitæ Abbatem egit, cum aliis conflagrasse: quamuis alterum eius exemplar in bibliotheca ecclesiæ cathedralis ibid. asseruari fertur, sed nullius extranei hominis oculis utendum. Interea Epitome illa, & quæ idem in Chronico Hirsaugiensi de Palatinis non contemnenda aspergit, amissorum desiderium lenire debemus. Extant & diuersa Bauariæ Chronica, & apud diuersos: ad quæ equidem & alia eius generis recolligenda plagas undiquaque dispositas habeo: quæque nactus fuero, tibi ad institutum tuum libentissimè communicabo. Scripserat instinctu Höschelij *Sylburgius* noster, (sed eheu! noster quondam, nam ante triduum Spiritum Domino reddidit, vir longiore vita, & ad iuuandas literas; Græcas præsertim, vel immortalitate dignissimus) pro te ad D. *Justum Reuberum*, qui tale Chronicon habet, & ad *Christoph. Petrejum* quendam, qui & ipse tale habet ex Successione Flacii Illyrici: sed

ſed nondum reſponſum tulerat. A *Reubero* quidem de ead. re reſponſum expecto & ego, quod non cælaberis. Et ſi quid illorum attingunt, ea (vt plautino verbo utar) nihilo mihi eſſe videntur ſatius quam inſomnia. Compilator Chronici, de antiquiori ſtatu Bojorum, qualis ſub Romanorum imperio fuerit, quem tibi quidem potiſſimum ad illuſtrandum propoſitum eſſe conjicio, nihil aut parum habet: quippe queis & auctores bonos ueteres, excepto vno atque altero, Eutropio forte & Oroſio, notas pariter cum ignotiſſimis cum vitio habere ſolet: ab eo ferè articulo, quo Franci & Germani imperitarunt, ordientes. A quo quidem ſæculo nihil, in hoc genere antiquius αὐθεντικότερον habemus, illis Bojoariorum Legibus, aliquando Baſileæ ab *Heroldo* editis. Lacuna certè illa à Tacito usque ad Jornandem vnde & quomodo ſupplenda ſit, nondum video. Putabam Marcellinum (niſi me memoria fallit) alicubi Regulorum Boiorum mentionem facere. Vel ſanè credendum eſt, eam Germaniæ partem à Romanis Scriptoribus (qui in Germanicis rebus mirum quam ſemper variauerint & hallucinati ſint) quaſi ſectione quad. inter vicinos & confines diuiſam, Rhetiæ, Norico, Pannoniæ acceſſiſſe. Sed ut libenter fatear, non liquet, & ampliandum conſeo, mihi quidem. De *Porphyriano panegyrico* gratias ingentes habeo, eoque impenſius quo minus quiddam, quo te redhoſtire poſſim,

jam ſuppetit. Vt & de *Friderici* Imp. *Falconario opere*. Ego cum Principem Juris religioſiſſimum ſciebam: quod Conſtitutiones regni Siciliæ ab eo promulgatæ, item Reformatio Imperii publicata Moguntiæ A. 1236. & Bulla de privilegiis principum Eccleſiaſticorum. In philoſophiæ etiam ſtudiis non hoſpitem fuiſſe ex diuerſis eius verbis animaduerteram. De hoc opuſculo nunquam fando audiueram. Tranſtuliſſe inde quædam videtur in ſuum ejusd. argumenti libellum *Beliſarius* Aquininus Aragonius Neriluuorum Dux. Eſt quidam amicus meus (*Conradus Rittersbuſius* Profeſſ. Altorfii apud Noricos) qui *Guntherum* Friderici prioris geſtis recudere cogitat, editionibus quotquot exſtant iam collatis; notisque nouis, poſt ſpicilegium, adornatis. Subſidia a MS. expoſcit: quale apud nos nullum. Quæſo, ſi apud vos, ſignifica. Meo periculo percommode peterem; Cautione prædibus vel prædiis data. Percuperem etiam ſcire, an in magnificentiſſima ueſtra Bibliotheca *Pauli Warnæfrid* Longobardica (à *Peutingero* olim ed.) exſtent manuſcripta. Leges quidem Longobardicas, cum gloſſis, membranaceas ante aliquot annos à Dn. *Fabricio* me inductum ibi videre memini: quas forte aliquando tua interceſſione ipſas inſpiciendas putem. Item an *Hunibaldus Waſtaldusque* de Francorum origine ibi ſint MS. vnde ſuam epitomen *Trithemius* exſcripſit: quos certe quidem patrum memo-

mo-

moria diuersis in locis extitisse integrum certum est, licet iam nequicqm. in illis hinc inde indagandis laborem. Præterea an *Marulli Constantinopolitani Panegyricus de bellis Maximiliani Imp. I.* & *Burkardi de Anvveil* Eq. Germani *de bellis Sigismundi Austriaci contra Venetos*, etc. quorum utriusque mentionem facit *Wimphelingius* in Epitome rerum Germanic. cap. 59. & 60. apud vos inueniantur. Libros certe *Annæ* Cæsarissæ Constantinop. *Alexiados* apud vos esse non ignoro: quos à *Hoeschelio* viro doctissimo non in lucem produci illustrandae historiæ exstaticæ gratia cum multis iam dudum miror. Sub prelo iam est Francofurti Opus quoddam Græcolatinum à *Leunclavio* V. C. p. m. elaboratum, ex omnibus adeo Europæ Asiæque, ad quas modo accessus aliquis, collectum, cui titulus: *Jus Græco Romanum & Ciuile.* In eo innumera, quidquid ex scriptis Patriarcharum, Sanctorum quoque Patrum, Jurisconsultorum scriptis, Imperatorum sanctionibus, iam inde a Justiniano usque ad Vrbem occupatam hactenus non editum superest. Opus sanè quantiuis pretii, nec Jurisconsultis plusquam vel Theologis, & Historicis lucis & emolumenti allaturum: mole quoque sua & magnitudine Corpus Justinianeum ferè aequaturum. Id cum meæ fidei hinc discedens (ibat in expeditionem Vngaricam, vbi in castris lue contracta Viennam cum Barone Zerotiuio, in cuius erat comitatu, remissus, piè defunctus est) credidisset,

mea cura publicandum; iam fit, non ſine acceſſione aliqua; conſtitui (niſi conſilium improbes) generoſis *Fuggeris* dedicare. Cauſæ cum priuatæ aliquæ, tum illa publica potiſſima, quod eius familiæ beneficio tota *hiſtoria Byzantina* luce hominum & nos illa potiamur: *Zonaras* dico, *Nicetas*, *Cedrenus*. Cuius hiſtoriæ pars, imo fundus, hæc Juris utriusque Græci collectio: quippe non plus à hiſtoria lucis, quam illa ab hac fidei & auctoritatis pariter & lucis accipere poteſt. Nec aliis plane debetur hoc Opus. Tu quæſo ſubdubitantem & verecundantem conſilio tuo adiuua; & (niſi graue eſt) ſignanter ſignifica, cui vel quibus ex illa. Antonio Wolfius Zonaram & Nicetam Gregoramque inſcripſerat: Marco & Johanni Xylander Cedrenum. Neſcio enim vterque eorum adhuc viuat, quis natu prior. &c. &c.

III.)

J. Gruterus ad Marq. Freherum.

S. P.

MI Domine, iam modo recipio literas ab Domino *Velſero*, in quibus iſthæc de te; Ampliſſ. item *Velſerum* ſalvere volo: qui gratum faciat ſi duo tria *ectypa Sapphiri antiquæ* diligenter expreſſa mittat, nam primum fruſtilla-

sti latim dissuit; & vero cum amicis quibusdam hominibus eruditis communicare cupio. Antidorum Reip. nostræ per hunc credo tabellarium accipiet. Ei cras rescribam cum tabellario publico; si itaque quid ad ipsum; meis includam; nisi forte ipse apud ipsum peculiariter.

Inscriptio:

Nobiliss. amicorum Domino
Domino Frehero.

T. totus
J. Gruterus.

IV.

S. in Christo. Mein lieber Herr Wilibald. Ich hab euren Brief empfangen, gib euch darauff gantz freundlich zu verstehen, daß ich wol willens gewesen bin, euch offt zu schreiben, aber Ich gedachte darbey, daß die Theologischen Schrifften zu Hoff gerings ansehens seyn, und vor dem grossen getümmel deß brachts und der höfflichen Sitten nit wohl gehört und vernommen werden. So gedachte ich auch an Johannem den Täuffer, daß Ihm nit wohl gelingen wollt, da er sich fast zu Hoff wollt einflicken. Demnach hab Ich bißher mein Schreiben an euch, guter meinung unterlassen. Auch dieser Zuversicht, daß ich verhofft Ihr werdet doch

einmahl zu mir kommen, und mein Haushaltung besehen. Des will ich noch gewertig seyn, alßdenn wollen wir uns nach der Nothdurfft miteinander unterreden.

Daß aber etlich Päbstlich dem Evangelio alles Unglück so sich zu unser Zeit begibt, aufftrehen, Ist nichts neues, sondern das alte Geschrey, Ich muß es auch täglich zu Hall hören. Aber lieber Gott, wie kan Ich ihm thun? Ich kehre fleiß an nach meinem Vermögen unterschiedlich anzuzeigen, woher Glück, woher Unglück komme, dennoch will es nicht erschiessen, darvon besorg ich lieber Herr Wilbald, es werde vergebens seyn, wann ihr schon auff das allerdeutlichst den ewren anzeigen, daß der gegenwärtiger Zeit Unglück, nicht auf die Warheit des Evangelions, sondern auf die Bosheit deren, die das Evangelium verfolgen, schänden, lästern, und keinem stück im Evangelio folgen, zu trehen sey. Jedoch euch zu mehrem Bericht, schick Ich euch das Büchlein, die außlegung über Oseam, bittendt wollendt das selb mit fleiß lesen, so werden Jr woll darinn finden, was die Ursach unsers Unglücks sey, Es sollt noch gnug Glück vorhanden seyn, wann gnug glaubens und gehorsams des Evangeliums In den Leuten wär, aber es gehet uns wie dem Schaaf mit dem Wolff, wir trincken unden am Bach, der Wolff oben, noch müssen wir die Jenigen seyn, so das Wasser trüben. Die Lutherischen habens alles gethan,

than, aber der ander Hauff ist gar ein unschuldiges Kindlein, hat nie kein Wasser betrübt. Man sagt allewegen, die Lutherischen bessern sich nichts, lieber, wann bessern sich doch einmal die Päbstler? Wann stehen sie doch auch einmal von Ihrer Bosheit ab? Jedoch seyen die Lutherischen in diesem Stück besser, daß sie recht leeren, und niemand kan sie anderst weisen. Thun sie aber darneben unrecht, so seyen sie dannoch so erbar, und verteidigen Ihr unrecht nicht, sondern bekennen dasselbe. Aber die Päbstler leeren unrecht, das kan man sie erweissen, und leben darzu schändlich, wollen darzu beid lehr und leben ungestrafft haben, das seyn die feinen erbarn Leut und unschuldigen Kindlein von dem sey jetz gnug, wann Ihr zu mir kommen, wollen wir weiter von der Sach reden.

Das der Luther mit so bösen Worten in seiner jezigen Schrifft um sich wirfft, ligt nichts dran, ob es schon der Welt Weisse nicht gefallt, Luther ist ein Mann über den die Weltleut nicht urtheilen künden. Es ist etwas höhers an den Luther, dann an mir oder einem andern. Er schreibt manches hart Wort, das ein göttlich recht Wort ist, wann Ichs also schriebe oder rede, so wäre es ein Schmach oder Schand Wort, Meister Jerg unser Nachrichter, schmiest einem den Grund herab, und ist ein göttlich Wollthat, wann Ichs thät, so wäre es ein Mord, In dem Bauren Krieg erwürckt man in den

den Schlachten, auffrührischen, und dasselb thäten Fürsten und Herren, Ist auch nicht unrecht gewessen, wann Ichs aber für mich selbs gethan hett, so hätt ich ein homicidium begangen. Also ist dem Luther etwas höhers außzurichten von Gott befohlen denn mir oder einem andern, Soll es so ein grosse Sünd an dem Luther seyn, daß er ein Böswicht bey seinem rechten natürlichen Namen nennt, so muß die heilig Schrifft sündigen, daß sie ein Mörder, heisst ein Mörder, ein Dieb heisst sie ein Dieb, Summa, Sie schilt uns allzumahl Schälck und Buben. Aber was bedarffts viel Worte? Besehend das siebende Capitel In Actis Apostolorum, so werdent Ihr finden, daß Stephanus ein gantz Concilium Verräter und Mörder schilt. Es sey gleich der Luther dem Stephano nit gleich, so führt doch Luther ein gleich Ampt mit Stephano, und hat auch gleiche Widersteher wie Stephanus gehabt hat.

Das hab ich euch jetztmahl auff euer Schreiben wollen antworten, bitt euch wollends guter Meinung von mir auffnemen. Ich habe jez kein   aber Ich will mir einen bestellen, und denselben meinen zusagen nach euch antworten. Mein Haußfrau hat ewer Verehrung mit sondern Danck angenommen, lässt euch grüssen, und zur anzeigung Ihrer Danckbarkeit schickt sie euch hiemit ein taelerlein, wollend dasselbe von Ihrentwegen gebrauchen.

Hie-

Hiemit seyent unserm HERRN Gott befohlen, und habt acht, daß Ihr also am weltlichen Hoff leben, damit ihr den himmlichen Hoff nit verschütten. Gedencket an das gemein, aber doch leider zu viel warhafftig Sprichwort: Lang zu Hoff, lang zu Höll 2c. Datum zu Hall Prima post Ascensionis Anno XXXI. Bittet den HErrn Gott für mich, des erkenne Ich mich auch schuldig für euch zu thun

Ewer williger

Johann Brenz.

V.

S. D. Etsi certi quod scriberem de eo, quod te scire cupere præcipue credo, hoc est, de scholæ nostræ restitutione, nihil habebam, tamen cum ex Domino præceptore et tabellario Sueuio intellexissem, te nunc Tubingæ esse, facere non potui, quin pro nostra coniunctione vel hoc saltem tibi indicarem, me in tantis oppidi nostri periculis Dei singulari clementia seruatum esse cũ coniuge et liberis, et eiusdem beneficio adhuc valere. Scio n: me à te diligi, et meam meorumque salutem tibi semper curæ fuisse. De tua supellectile scribit ad te præceptor, reliquorum res scito adhuc saluas esse in ædibus Domini præceptoris, à quibus ægre quidem, sed tamen prohibiti manus abstinuerunt Cæsaris milites. Spes nobis ampla facta est à Mau-

Mauricianis & ipſo quoque duce inſtaurandæ huius Academiæ, ſed laboratur adhuc in conquirendis reditib. qui Academiæ pro ablatis in hac rerum conuerſione, addantur. Ea res afferet ſtudiis noſtris aliquam moram. Neque n. huc vel reuocari poſſunt vel redire volent collegæ noſtri, qui hactenus hinc exularũt, et adhuc omnes abſunt, ante, quam conſtituto certo Fiſco Academiæ, ſcire poſſint, qua ſpes mercedis hic ſint futuri. Quibusdam etiam ſtudioſe trahi negocium hoc videtur propter indictum conuentum, donec appareat, quae ſit futura Voluntas imperatoris de religione. Nobis moleſtiſſimum eſt hoc ignauum ocium, et afficimur commiſeratione iuuentutis ex multis locis huc ſcribentis, et conquerentis de diſſimili ratione ſtudiorum in alijs Academijs et anxie ſciſcitantis, quo tempore inchoaturi ſunt profeſſores publicas lectiones, cuj nos nihil certi reſpondere poſſe valde dolemus.

Dominus Philippus iam ferme menſem hic nobiſcum fuit, vt abſolueret Dialecticen, opus profecto eruditum, et plurimum profuturum verę eruditionis ſtudioſis. Sed ab illo labore ſæpe auocatur moleſtiſſima occupatione ſcribendarum literarum, qua hic vir ſuo quodam quaſi fato pene conficitur. Excruciatur deinde etiam aerbiſſime ſermonib. quorundã reprehendentium eius conſilium, quod huius ſcholæ inſtaurationem ſub hoc principe, ſua præſentia adiuuet, cuius tamen ſui facti habet

ra-

rationes pias et graues, quas nisi scirem te pro tua solertia intelligere, hic apponerem. Sed Deum coniunctis Votis oremus, mi Huldrice, vt et præceptorem nostrum, natum pijs studijs excitandis ei propagandis, Ecclesiæ et vniuersæ rei literariæ conseruet & tueatur Scholæq; ruinas sarciat, & Pacem politijs et Ecclesijs piam et salutarem restituat. Hac pro nostra amicitia colloqui tecum voluj, quem memini coram, multos graues sermones de magnis sæpe rebus mecum conferre, ei spero te vicissim ad me de tuis studijs et rebus communibus aliquid scripturum, certe id vt facias te amanter rogo. Peto etiam vt quam officiosissime salutes M. Dauidem doctissimum iuuenem, et siqui alij isthic sun tex nostra Schola mihi familiariter notj, quos omnes opto foeliciter isthic degere, te in studijs successus habere salutat te mea coniunxet Paululus, Bartolomeus item Cygneus qui præceptorem huc est comitatus. Data Vuitebergæ die Augusti 26. Anno 1547.

Paulus Eberus
tuj studiosissimus.

Inscriptio:

Doctrinæ cælestis, iurisprudentiæ, et vtiliū artiū studiosissimo iuueni, pietate ac modestia præstanti, Huldvico Sizingero, suo amico clarissimo.

In celebri Academia Tubingensi.

VI. Epi-

VI.

Epiſtola Dn. Friſchmuthii
ad
D. WAGENSEILIUM.

S. Pl. Nobiliſſime, Conſultiſſime, atque Excellentiſſime Vir, Dn. & Amice longè honoratiſſime.

LUbens percepi, Te 14. Imperiales noſtri Morrii operâ accepiſſe. Propediem ut per ejusdem parentes alios manciſcaris, efficiam. In votis n. habeo, ut ita nummi reddantur tibi, abs nulla vel minima jactura. Neque dubito, quin futuri ſint ex noſtra juventute plures, qui tam eruditum tuum librum deſiderent. Facultatis noſtræ Adjunctus, M. Reuſſelius, coepit nudius quartus febri laborare. Is ut Orient. Linguarum gnarus eſt, & multos habet diſcipulos; ita doleo vicem hominis. Eſt quidem alius hic, cui Danzio nomen, & qui ante ſeptennium Hamburgi uſus eſt Edzardo præceptore, inde Wittebergam migravit, & nunc â Facultate noſtra. Adjuncturæ dignitatem ambit. In Aula Gothana habet Patronos, & venientibus annis profeſſionem ſine dubio extraordinariam ſibi conferri petiturus eſt: Sed moribus parum commodis ſuis ex Senatu quosdam offendit. Unde vix favorem

con-

constantem experietur. Malim ego Dn. Wülferum propius adesse, qui facile ipsum antevertere posset. si græcis juxta et Ebraicis Collegiis sibi Juventutis applausum comparasset. Illius arbitrium erit, ad nos se conferre, & in laudatis Linguis Juventuti jam satis frequenti, operam addicere suam. Non deerunt, scio, qui ipsum juvent. Si in Generi mei, Dn. D. Bechmanni ædibus docere, & privata collegia aperire vellet, tantundem, nisi me omnia fallunt lucraturus esset, quantum pro convictu esset solvendum, vel eò plus etiam. Sunt n. Studiosi quidam opulentiores, qui certâ summâ pecuniæ informationem compensare solent. Hæc si Wülfero significare volueris, me haut invito fiet. In nostri Μακαρίτε Musæi locum nemo dum surrogatus est; forsan id fiet proxime. Vale Nobil. & meo quod facis, amare perge. Dab. è Mus. d. 4. Dec. Anno 1681.

T. celeberrimi Nominis cultor

J. Frischmuth.

Thom. de Pinedo in Stephano de Urb. Joh. Wülferus Norimb. docuit me hoc, Vir in Græcis & Ebraicis doctissimus.

VII.
Epiſtola altera Dn. Friſchmuthj ad DN. WAGENSEILIUM.

S. Pl. Nobiliſſime atque Conſultiſſime Vir, Dn. & Amice honoratiſſime &c.

AD ultimas meas nihil dum reſponſi accepi, ut haut immerito dubitem, anhæsint tibi redditæ. Quia verò jam denuò occaſio literas ad Te perferendi offertur, nolui Tabellarium veſtratem sine meis abire. Optavi CL. Dn. Wülferum ad nos se convertiſſe, & ſuam hic fortunam moderari. Novit ipſe, & Dn. Parens ipſius, collegiis plurimos haut ſine fructu ſuo aliis prodeſſe. Unde arbitratus ſum, eum pro ſua eruditione & hic plurimis uſui eſſe poſſe, & fortunæ ſuæ fabrum fieri. Ego ſanè, quicquid & doctiſſimo Viro, & mihi affinitate aliqua juncto potero couſilium dare, lubens meritoque præſtabo quam primum appuliſſet, eruditionem ſuam publicè oſtenderet. Adjuncturæ dignitatem facilè ipſi obtinerem in Facultate noſtra, & venientibus annis Profeſſionem quoque haut dubiè impetrare poſſet etc.

VIII. Ex-

VIII.

Excerpta ex literis Dn. D. CONRINGII ad DN. D. SAUBERTUM

30. Maji Anno 1681.

M*Iſit quoque Norimbergâ Heldius noſter Wulferi junioris Theriacam, donum longè gratisſimum. Delectat me ſanè illud, præſertim quia juvenis ille, me quidem judice, ſupra ætatem ſapit, & meritò habendus in maximâ exſpectatione: Reſpondeo hâc vice et Heldij epiſtolæ, quantumque poſſum, inſigni juveni addo calcar etc. Habere me ὁμόψυφον cum Cometarum ſignificatu ingenioſiſſimum & doctiſſimum veſtrum Sturmium, gaudeo. Erat propoſitum hâc occaſione reddere aliquid humaniſſimis ejus literis, ſed minus faveus valetudo jubet hoc officium nunc quidem differre. Non deero illi σὺν Θεῷ proximâ quavis occaſione. Interim ſalvere illum opto, & porrò rem literariam bene gerere. etc.*

IX.

Ex Epiſt. Frid. Bened. Carpzovii ad C. Arnoldum Lipſiâ d. 30. Jun. 1632.

Wülferi veſtri doctæ Commentat. ad Brenzii & Zevi ſcripta amœbea, â Fratre noſtro D. Joh. Benedicto enarratæ ſunt, qui Biblio-

 the-

thecam etiam Rabbinicam â quodam Judæo, qui nuper hîc egit, editam recensuit.

Vid. ipsa Acta Lipsiensia pluribus.

X.

PL. Reverende et CL. Heldi, Dn. Affinis et Amice Honorande etc.

PErgratæ fuerunt literæ tuæ; quoniam ab illa manu pridem nihil ego acceperim, indicaverint autem luculenter, cum res tuas sese habere, tum mei memoriam integram superesse. Nedubites verò, etiam in me nihil detractum veteri affectui, quo tua semper fui prosecutus; quin imò mansura sic omnia quamdiu vita superstes fuerit, certò polliceor. Nuper etiam dona vestra Norimbergensia, quorum spem feceras, magno cum gaudid accepi. Omnia deprehendi docta, & plenissima bonæ frugis, simulque propensi erga me animi, ut reapse longè meam quoque expectationem superaverint. Utinam possim reddere aliquid in ἀντίδωρον! Verum effoeta hæc mea ætas non patitur quidquam magnum agere. Itaque nihil habeo, quod rependam præter gratiam &

be-

benevolam voluntatem; quam Dominis Wülferis quoque meâ fide, eâque optimâ, negraveris promittere, etiam atque etiam rogo. Sarii Itinerarium, doctissimis Domini Senioris Wülferi Annotatis illustratum, dudum possideo. tantum defuerunt meo libro nonnullae plagulæ, quas avidè desiderare hactenus me fecerunt cumprimis doctissimæ ad operis reliquae Wülferianæ Annotationes. Satis igitur mihi fuisset factum, si merè descriptæ illæ chartæ huc essent missæ. Sentio autem etiam ipsa mea desideria victa ab optimi Wülferi benignitate. Illi ex animo gratulor de Filio rarissimi exempli. Nec n. novi quemquam Juvenum paris Ebraicarum rerum peritiæ, industriæ, & æqui constantisque judicii. Simulac nactus sum librum ipsius, non sine summa delectatione habuit me subinde jam Lectorem. Perplacet, quod calumniis, quibus vulgò homines in Judæorum odium efferari solent, sese opponat: nec tamen etiam admittat calvas excusationes Judaicarum in Xum blasphemiarum. Utrinque sane graviter isthac in re peccatur. Quanquam ego quidem nec propter illas blasphemias censeam Ju-

dæos atrociter persequendos, sed habendos benigne, atque ad veritatis agnitionem perducendos; blasphemias a. illas blasphemias censeam adscribendas tantum non unicè illi superstitioso Zelo, qui & ipsum S. Paulum quondam ad persequendos Xianos adegit. Deus Eximio illi Juveni porrò faveat, & largiatur omnia præclaris ipsius & sanctis conatibus idonea, quove tandem possit Ecclesia frustra pridem desideratum fructum in Judæorum conversione reapse facere. Te etiam, Vir optime! Deus cum tuis longum sospitet. Ita voveo.

Helmst. 25. Maji 1681.

Tui studiosiss.

Herman Conringius.

Heri Maria Sophia, Filia mea, quam duxit Schelhammerus, Medicinæ Ordinarius hic Professor, peperit filiolam. Quod indicare me facit nostra affinitas.

LXXIV.

LXXIV.

ex MS.

Reverendi Ampliss. & Clariss. Viri,

DOCTORES

ET

PROFESSORES

Academiæ Marpurgensis,

ANAGRAMMATE

expressi ac exornati.

Per

Hermannum Richterum,

P. coronatum Cæsareum,

Professorem Marpurgens.

Anno cIↃ IↃ XCVI.

Magnifico Domino
RECTORI,
Amplissimo Domino
VICECANCELLARIO,
Spectabiliss. Dominis
DECANIS,
Clarissimis Dominis
Doctorib. et Professoribus.
Illustriss. Academiæ
MARPURGENS.
Mœcenatib. Patronis, Amicis ac Collegis suis summâ observantiâ prosequendis.

Literariam hanc Strenam grato animo & promtitudine officiosâ offert

Herm. Kirchner.

Theologi.

Joannes Winccelmannus,

Per metagramma.

Anſa nunc coelum invehis.

ANſa Dei Verbum eſt, quam ducit ad atria cæli,
Hanc quisquis retinet certus habebit iter.
Error in anfractus agit irremeabilis omnes,
Si quorum in tenebris deſerit anſa manum.
Felix qui ſemel hanc amplexus ſuſtinet anſam
Atque extra verbi ſepta ſalire cavet.
Hpc pie Doctor agis, cæleſtem porrigis anſam
Et trahis ad Chriſtum ſi qua receſſit, ovem.
Nunc (ò quam varii præſentia ſecula curſus:)
Inventor cæli certior unus ades!
Tu clavem & clavam manibus Papalibus aufers,
Et vera reſeras oſtia clave poli.
Cbriſte Scholæ temploque tuo florere miniſtrum
Et fac Johannis vincere ſæcla tui.

DANIEL ARCULARIUS.

Per anagrammatismum.

Lar diues in arcula.

SÆpe latet parvâ thesaurus maximus arcâ,
Parva tenent dites tecta parata lares.
Arca Dei quantas veteri sub foedere gazas
Continuit, quantas parva ferebat opes.
Cælestia majestas, claudi quæ nescit olympo,
Divitias claudat, dixerat, arca meas,
Non secus humani sapientia pectoris arcam
Incolit, & summas arce recondit opes.
Tali te, Daniel, verè assimilabimus arcæ.
In quâ divini sunt bona cuncta Laris:
Arcula vera Dei, justum quæ servat & æquum,
Et quæ doctrinæ Manna salubre gerit.
Hanc, faber ò hominum, sartam tectamque per ævum
Arcam tam plenam muneris esse sinas.

JOANNES MOLTERUS.

per anagr.

Sal in tuo sermone.

GRatia Sal velut est positis palmaria mensis,
Condimenta capit quilibet inde cibus,

In

In ſermone tuo talis Sal gratia regnat,
Qui tibi non unus melleus ore fluit.
Quid referam Latiam ſuadam Charitemque Pelaſgam?
Cum Paradiſiaço prodita flore ſonas.
Et cum thurifero loqueris fragrantia monte;
Seſſitat in labris ignea lingua tuis.
Hoc ſale Scripturas ſacras ut aromate condis
Atque animæ ſapidos efficis eſſe cibos.

JURIS-CONSULTI HERMANNUS LERSENERUS.
Academiæ Procancellarius.
Per anagramma.
Urens lumen reſerans.

LUminis inſtar honos: reſeras hoc lumen avitum;
Inque tua renovas poſteritate facem.
Urit honos, veluti lychnus flammantior urit;
Urit, & invidiam conficit igne ſuo.
Clavis, qua reſeras ad ſecula poſtera flammam,
Eſt poſitain meritis dexteritate tuæ.
Eſt poſita in tantæ doctrinæ culmine, quantam
Pagina complecti non breuis ulla poteſt
Eſt poſita in generis per te ſplendoribus mihi
Eſt in Virtutis vi graviore tuæ.

Jacobi

Jacobi vigeant, vigeant in ſtirpe Johannes
Lersneridæ; Hermannus Sol novus unus
erit.

Nicolaus Vigelius.

Dreiſanus. Profeſſor emeritus.

Per anagramma.

Annon tu juris oculus agilis es?

SCilicet hoc mecum teſtis Themis ipſa fatetur
Nemo Deæ Verbum verius eſſe negat,
Quisque tibi tribuunt moderandi juris honores;
Es foris, esque oculus juris in arte domi.

Hermannus Vultejus.

Veteranus Profeſſor primarius.

Per Anagrammatiſm.

En tu ſat unus hujus terræ lumen.

SUfficit umbriferis pellendis noctibus una
Quæ reliquas orto fax premit ore faces.
Qua patet Oceanus veros ſerit illa colores,
Non opus eſt operâ pallida Luna tuâ.

Una

Una diem revoca : nubes pelluntur ab unâ
Non vulteje tuum lumen in arte minus.
Solus habes Solem qui cuncta crepuſcla ſerenat,
Quo Schola, quo rutilat Curia ſolus habes.
Romana de gente tuum puto nomen obortum,
Sed magis ingenii ſemina credo tui.
Naſicam meritò te Cattica terra vocabit
In qua tu juris lampada jure tenes.

Philippus Matthæus.

elisis aſpirat.

Sapit: viam ſupplet.

QUanta ſapis qui jura ſapis? ſapiculia legum
In diſciplinis ſumma corona bonis :
Juris ob id ſtudium nomen ſapientis adoptat :
Sempronius ſapiens dictus ob illud erat.
Inque viam juris ſupplendo, Philippe, profundam
Sempronii laudes & grave nomen habes.
Viva boni tu forma Viri, qui jura tueris
Arbitrioque tuo jurgia longa ſecas.
Cui ſcopus eſt cunctis prodeſſe nocereque nullis :
Amplectique bonos & tolerari malos.

JOANNES GOEDDEUS.

per anagram.

Jaſon denuo degas.

SOmnia ſi Samis ſenis amplectenda putarem,
Qui varias animam finxit habere vices.
Dixero Jaſonis vel non Jaſone minoris
In ſenſus animam jam remeaſſe tuos.

MEDICI.

JOANNES GUULFIUS.

per anagr.

Vivus Galeni fons.

PRincipis Æſclapi, medicorum maxime Guulfi,
Quàm tibi conveniens nominis omen habes?
Nempe quod es, latet, ecce, tuo nomine preſſum,
Nil de te dictum verius eſſe queat.
Fons fluit ex docta tibi vivus mente Galeni,
Atque ægris medicæ pharmaca fundit opis.
Artes cujus habes, habeas precor illius annos.
Tuque laboranti ſpes tibi ſitque Deus.
Principis ò noſtri te Vita Machaone ſeclum
Explicat, ipſe tua fugerit Orcus ope.

PAULUS CELLARIUS.

per anagramma.

Vulſa curâ pellis.

QUicquid naturæ vitio diſcorde cohæret,
Vulſum eſt, & medici poſtulat il'ud opem,
Novit opem Paulus: fer opem, medice optime, Paule.
Pelleque quod medici pellere cura poteſt,
Prome tuâ cellâ nec cæla Pæonis herbas,
Sentiat auxilium pallida turba tuum.

HERMANNUS GUULFIUS.

per annagr.

Fulgens, vir humanus.

NIl apices hominum poſitos ſublime coronat,
Decentius, quàm juncta honori humanitas.
Nulla diis hominem propiùs vehit ardua Virtus.
Quàm ſola faſtum neſciens humanitas.
Non Virtus hominum meruit ulla favoris,
Nam quod amabilis cunctis humanitas.
Major eò Guulfi, tibi fulget parta per artes
Hæc dignitas, quo digniorem humanitas.

Te facit, atque tuum caput alta ſub aſtra reponit
O digna tanto te viro hæc humanitas!
Nulla poteſt medico Virtus ornatior eſſe,
Quàm promta ſuccurrere, cunctis humanitas.
Hæc tulit Hippocratem natosque ab Appolline cælo.
O digna tanto medico te hæc humanitas!

PHILOSOPHI.

PETRUS NIGIDIUS.

Philoſophiæ Moralis Profeſſor.

per annagrammatiſmum.

Diutinus pergis.

PLanta Viatoris nunquam indefeſſa quieſcit
Ad poſitum properat, qua datur ire, ſcopum.
Non iter in ſtudiis alia ſtat calce terendum,
Curſu perpetuo pergere Muſa monet.
Hoc facis exemplo, Nigidi Petre, paterno,
Pergis curriculum continuare tuum.
Juridici ſequeris paſſus Herois, in urnâ
Qui licet & gelido funere ſtaret, ait:
Alter ut in rigidi ſteterit pes limine buſti,
In ſtudii ſtadio non minus alter erit.

Nigi-

Nigidio doctore boni florescite mores,
Et senis ad ductum carpe juventa, Viam.

Joannes Ferinarius.

per anagrammat.

In re Janus; in ea fors.

IN re Janus habes oculos in utrumque paratos,
Qualibet historiæ cognitione Cato.
Ante retroque vides, quæ causam eventa sequantur,
Scilicet historiæ fructus is esse solet.
Janus ubi prudens, Fors est comes usque secunda,
Alea prævisum gaudet adire scopum.
Circum specta regit cæcam prudentia sortem,
Janum fortunæ fallere pluma nequit.
Nemo te melior sis cæca Ariadna juventæ;
Tu Thesea scholæ tradere fila potes.

Rudolfus Goclenius.

per anagram.

Re Logicus: Fons ludo.

DIxeris hic aliquis falli mihi nominis omen,
Quod dedit inversis hoc anagramma notis?

De quo si fuerit tripodis consultus aruspex
Goclenium En logicum dixerit ipse tripus.
Ille scholæ fons est cyclicas qui suppetit artes
In logica palmam noster hic unus habet.
Admirare tuos quid septem Græcia? septem
Quod vix cognorant, noster hic unus agit.

Hieronymus Treutlerus.

Silesius, Rhet. Profess. avocatus ad Syndicatum Budissinum.

per anagramm. senar. Jamb.

In jure Thyrsus, tu sis, ore melleus.

PLurima de Thyrso de Clava plurima Vox est;
Dicuntur populos edomuisse feros:
Indica Victori se debet Adorea thyrso,
Thyrso stant variis parta tropæa locis.
Quid prohibet Thyrsum Treutlerum dicere juris
Qui lites superat jure potente graves.
Quid nihil impugnat quod non expugnet in arces,
Causarum validas fortior ipse ruit.
Ecquis ad Eloquii non horret fulmina tanti,
Bellum si linguæ tela forense petit?

Ecquis ad Eloquii non flumina mellea cedit,
Suada viri quoties mollior ore fluit?
Abripitis quo fata decus memorabile Lano?
Ad patriæ quasnam, Cygne, recurris aquas?
Qui te Silesiûm vocat hinc provincia major?
Felix sive urbis seu regis orbis onus.
Vive Leontini, bone Rhetor, Rhetoris annos:
Et thyrsum invictum per fora quæque gere.
Carmen ad hesternam hoc lusi, Treutlere lucernam,
Nominis ut subiit mentio facta tui.
Si quid lucis erit Treutleri nomine dignum,
Non dicam, hac oleum nocte perisse meum.

Johannes Mageirus.

per anagrammatismum.

Ægra Sio muniens.

Ægra Sio munis, Sion est, quam intelligis herba,
Quid munire Sio sit, capis, ægra meo.
Ægra Sio munis, Physicum qui percolis hortum,
Quantoque herbis insita dona, doces.
Ægra Sio munis, dum commoda porrigis ægro,
Pæoniaque tuum pharmacon arte probas.

Aliud.

ACcipe pro Sio, quæ profit, quamlibet herbam,
Namque usus medicos utile Sion habet.
Percipies facilis quid dictet nominis omen,
Conveniens arti dixeris esse tuæ
Ægra decet medicum munire potientibus herbis.
Hoc facis, ac ægris optima quæque coquis.

Joannes Hartmannus.

ἀναγραμματίζει.

Ars sanè non humi nat.

NUnquid humi Vulgus cælestes deprimit artes?
Ars poterit nunquam serpere prorsus humi.
Enatat, & cælum pennis sublimibus intrat,
Cultoremque sui summa per astra vehit.
Nam quos præcipuos ars non attingat honores
Quæ potuit superas scandere prima domos.
Illane verrat humum celeres quæ porrigit alas
Mens quibus ascendens tangit utrumque polum?
Artem, Hartmanne, tuam mecum æquis laudibus effers,
Illa tuam (dignum est) sustulit alta caput.

HER-

Hermannus Nigidius.

per anagrammat.

Vir in denis magnus.

PRætulerat denis aliis dux Neſtora Grajus,
Eloquii tantum vis ſacit alta virum.
Tela decem galeæque decem, totidemque ſariſſæ
Cedite: plus palmæ lingua togata feret.
Non minor in numero mihi tanto, Hermanne, videris:
Et tibi Neſtoreus ſuccus ab ore fluit.
Lingua decem te jura decem præponere poſſunt;
Nigidium magnum fecit utrumque virum.

Chriſtophorus Cramerus.

ἀναγραμματίζει.

Sermo purus: cor arctis.

COr non deficiens, cor præſens in arctis,
Cor minimè trepidum ſacra docentis erit.
Sermo ſonans puras antiquo imitamine linguas,
Sermo ſcholas doctas inſtituer-is erit.
Sermo ſonans purè reſonanti conſona cordi
Sermo Viri rectè quæque putantis erit.

Laudibus his linguam cor habes his laudibus
aptum.
Dum Cramere vices, quas ſchola poſcit,
obis.

In tumulum.

M. Chriſtophori Crameri S. Theol. & Græcæ linguæ Profeſſoris. in Academiam cæleſtem XIV. Auguſti 1595. translati.

CUltorem Tempe deplorant Græca Cramerum,
Lugent Callimachi Pindaricæque lyræ.
Relligio ſacram capiti impoſitura tiaram
Ingenii tanti dona jacere dolet.
Nunc etiam circum monumentum flebile linguæ
(Atticus exhalat floſculus) errat apis.

FINIS.

LXXV.

So bekannt Friederich Roth-Scholzens curieuser *Thesaurus Symbolorum ac Emblematum*, wie auch des grundfleißigen Herrn M. Jo. Christian Kochs angenehmer Versuch von denen Wappen der Gelehrten sind; so wenig ist hingegen *Johannis Schosseri* Aemiliani, * Consiliarii Brandenburgici, & Profess. Eloq. in Acad. Francofordiana, *Liber de Insignibus Clarornm Virorum*, so seinen *Kibris XI. Poëmatum* insert, und zu Franckfurt an der Oder durch Andr. Eichhorn, 1585. in 8. auf seine eigne Kosten gedruckt worden sind, bekannt. Weilen nun so wol diß gedruckte Buch, als auch das MS. selber besitze; als habe diese *insignin CL. Virorum* gantz dem geneigten Leser fidel communiciren, anbei bekannter machen, und gleichsam ab interitu vindiciren wollen.

* a *Joa. Schossero Isenacensi*, nostri ex Fratre Theophilo Nepote probe disting. Von unserm *Schossero* finde in *Becmanoi Notitia Vniuersit. Francof.* f. 68. folgende Nachricht: *Jo. Schosserus Aemilianus*, Oratoriae Facultatis Professor, ut scribi amauit, antea Magister renunciatus Wittebergae, Professioni admotus A 1560. in Facultatem Philos. vero demum, moribus illorum temporum ita ferentibus, receptus A. 1564. cum iam ad quartum annum, ut Acta Facultatis loquuntur, Poëtica scripta in Acad. nostra Salario Camerae Electoris explicasset; mortuus A. 1585.

INSIGNIA IOHANNIS SCHOSSERI AEMILIANI DE INSIGNIBVS CLARORVM VIRORVM, Liber.

IN ROSAM CVM CRVCE: *Martini Lutheri.*

VT rosa iucundos florescit verna per hortos,
Vicinumq; suo complet odore nemus:
Haud secus ætherei venerabile dogma parentis,
Floruit è studio, docte Luthere, tuo.
Nam prius obductum varia quod fraude latebat,
Lucidius per te venit in ora virûm.
Dulcibus & latum compleuit odoribus orbem,
Iniustam verbo non patiente fidem.
Sic vbi discussis nigrantia nubila Phœbus,
Spargitur è nitido gratias axe iubar.
Quid magis in clypeo decuit gestare Lutherum?
Conueniens poterat quid magis esse rosa?
Vos Heliconiades verùm nunc edite Musæ,
Quid crucis, in medio floris, imago velit.
Illa crucem, Verbi quæ concomitatur alumnos,
Dæmonis ac mundi retia sæua, notat:
Inuidiæ stimulos, vanæ conuitia plebis,
Damnaq; non versu commemoranda breui.

Nam

Nam velut vmbra ſuum comitatur ſedula corpus,
Proxima ſunt illi ſic mala cuncta gregi.
Sæuiat, ac totus certamina miſceat orbis,
Hæc roſa purpureo flore perennis erit.

IN TERMINVM DES.

Eraſmi Roterodami

Termine, diuorum quo non conſtantius alter,
In Capitolina reſtitit arce Ioui.
Quid facit, vt clypeo magni geſteris Eraſmi,
Cum tua iam dudum templa fatiget humus;
Quæq́; locum ſummo non conceſſere Tonanti,
Membra, ruinoſo pondere terra premat?
Scilicet vt nulli ſuperûm tua ceſſit imago,
Ignea nec manibus qui iacet arma, Ioui;
Sic decus, & clari laus immortalis Eraſmi,
Non aliquem, cui nunc cedere poſſit, habet.
Huius enim cunctas excedit gloria metas,
Fulget & in docto, non ſuperanda, choro.
Hunc velut ætherum coluit Germania numen;
Quàm Deſiderij nomina iure tenet.

IN SERPENTEM DESERTI:

Philippi Melanthonis.

Vt, quibus ægra putri languebant corpora morbo,
Ut penitus lethi triſte patebat iter:

Ænea ſerpentis Moſes ſimulachra tueri
Iuſſit. & hinc certam ferre ſalutis opem:
Sic, quibus eſt animus peccati mole grauatus,
Preſſaq́; peſtiferis mens iacet ægra malis:
Salua iubet Chriſti ſimulachra videre Melanthon,
In cruce ceu mundi crimina morte tulit.
Vtq́; prior vates, tantum præludia veri
Exhibuit, natum ſcilicet ante Deum:
Nunc ita progenitum pura de virginis aluo.
Illius & lethum, docte Philippe, canis.
Felix qui potuit voces audire docentis,
Ipſius & toto pectore dogma ſequi.

IN ARAM FVMANTEM:

Iohannis Reuchlini.

Somnia Pontificis latum diſperſa per orbem,
Quando ſub ingenti fraude, doloq́; forent:
Omnipotens genitor vehementi concitus ira,
Edidit hos, nutu cuncta mouente, ſonos.
Ergone perpetuò Romani Præſulis aſtus,
Nixaq́; mortali dogmata lege, feram?
Ipſius & Stygias penetrabit fraude ſub vndas,
Vulneribus Gnati turba redempta mei?
Non placet immergi ſuffuſo flumine terras,
Non placet humanum diſperijſſe genus.
Sacrilegum iuuat igne genus diſperdere, iuſti
Ne ſimul, & nobis dedita turba, cadant.
Protinus aërias compleuit fumulus auras,
Nomine qui Graio Capnio dictus erat.

Hic

Hic picea primum gentem caligine læſit,
Horrida quæ laqueis corpora vincta gerit.
Donec flamma ſacro Spiramine mota Lutherus,
Latius immenſis viribus egit iter.
Ac technas Latij, per Teutonis arua, percuſſit,
Multaq́; clauigero ſubdita fana lupo.
Quæ poterat Stygias reſerare potentia valles,
Ignibus vnius concidit vſta viri.

IN CITHARAM DAVIDIS:

Iohannis Bugenhagen Pomerani.

Quid mulſiſſe iuuat, ſyluas & flumina, cantu
Orphea? pugnaces quid ſuperaſſe feras?
Quid ſtruxiſſe lyra veteres Amphiona Thebas?
Saxaq́; victrici compoſuiſſe chely?
Defuit illorum citharæ præſtantior vſus,
Ad ſacra qui cœli culmina monſtrat iter.
Flectere qui potuit curuos Delphinas Arion,
Nereaq́;, & vaſti numina cuncta maris:
Quem miratus erat vitrea Neptunus in aula:
Non potuit ſummi flectere corda Dei.
Plectraq́; damnatas inter ſtrepitura cateruas,
Traxit ad infernas, triſtia regna, domos.
Quid fictum cantare Iouem, quid inania prodeſt
Bella gigantea facta referre manu?
Quæ canit æterno præconia iuſta Parenti,
Omnibus hanc citharis præpoſuiſſe velim.

Com-

Commouet vndosum qualem Pomeranus ad Albim,
Vatis Iessæi suaue secutus opus.

IN IONAM PROPHETAM

in pisce: Iusti Ionæ.

Qui fuit ingenti submersus in æquore Ionas,
Cùm peteret lapsis nauita rebus opem:
Arguit expressè, quæ sit fortuna piorum,
Scilicet innumeris vsq; referta malis.
Arguit & sæua ceti seruatus in aluo,
Esse Deum, summa qui bonitate iuuet.
Quiq; procellosis è fluctibus eruat omnes,
Ad sua qui fundant numina corde preces.
Sic nocuere nihil Danieli turba leonum,
Sic Petrus, abrupto, carcere, liber erat.
Sic vbi nulla valent nostræ conamina vitæ,
Cœlitus auxilium, præsidiumq; venit.
Hoc docet, hoc omni studio profitetur Ionas,
Nobile qui nostro tempore nomen habet.
Qui magis vt firmet laudati nominis omen,
In digito vatis fata notanda gerit.
Nec tantum clypeoq; refert, ac nomine, vatem,
Re similem tanti se probat esse viri.

IN CYGNVM.

H. Eobani Hessi.

Desine vocales iactare Cayster olores,
Desine, Mantoa qui fluis amnis humo.

Desi-

Desine, qui Phrygijs erras Mæander in oris:
  Debilis in vestro flumine cantat olor,
Argutum tenuere magis, Pegnesus, & vndæ,
  Quas Lanus Hassiaci torquet in arua soli.
Nec non Tyrigetûm Nymphis adamatus Hieras,
  Nobile gymnasium cuius ad antra iacet.
Non vna contentus aqua, resonabilis ales,
  In vario dulces edidit amne sonos.
Dum Danaûm Latia memorauit prælia voce,
  Prælia Dardanio perniciosa duci.
Dum caput attollens ad lucida sidera cœli,
  Diuinum sacro prodidit ore melos.
Nunc etiam superûm cœlesti sede receptus,
  Cantat Iesseæ consona verba lyræ.
Inter & aligeros cœtus, diuina canentes,
  Obtinet inflexi gutturis arte locum.

IN IUSTITIAM:

Iusti Menij.

Vt nihil à iusta statuit ratione remotum,
  Vltima quæ terræ diua reliquit opes:
Cuncta sed æquali sub pondere sedula librat,
  Ne quenquam dura lædere sorte queat:
Hos ita, diuini qui tractant dogmata verbi,
  Iustitia reliquos exuperare decet.
Si laudanda, minus doctorem vita probabit,
  Quis furor, impietas quantaq; plebis erit?
Præterea strictum veluti dea sustinet ensem,
  Vindice quo, sontes debita pœna manet:

Cri-

Crimina ſic, verbi gladio, ferienda, luporum
Nec minus à tenero vis prohibenda grege.
Non Gothana feras metuet reſpublica ſectas,
Donec in hac ſacro Menius ore docet.
Menius, ingenio præſtanti clarus & arte,
Quem pietas Iuſti nomen habere probat.

IN CICONIAM: PETRI* *Moſellani.*

Candida quæ longis auis eſt infenſa colubris,
In patriam doctos de pietate monet.
Præcipit & meritis caram nutrire parentem,
Ipſa velut matris debile corpus alit.
Vtq; ſeneſcentem ſuſtollit in aëra pennis,
Et quacunque poteſt commoditate iuuat:
Patria ſic nobis dum præbuit omnibus ortum,
Illius vtilitas quòd ſit amanda, docet.
Hei mihi, quàm multos genuit Germania natos.
Horendum matri qui nocuere ſuæ.

IN PEGASYM: GEORGIJ *Sabini.*

Martia fæcundam quæ protulit vngula fontem,
Quà iuga Parnaſus clara bicornis habet:
Hæc eadem gelidis venam produxit in oris,
Mons vbi Regales ſuſtinet altus opes.
Pegaſus huc poſtquam veloces tranſtulit alas,
Aliquidis Viadri, quas habitabat, aquis:
Fluminis in ſacrum conuerſa eſt vnda liquorem,
Regia quod largo mœnia fonte rigat.

Græ-

Græcia dum regni deplorat mœsta ruinam,
  Templaq; virginei Mars Heliconis habet:
Gorgoneus nostris in finibus elicit ales,
  Ora quibus vatum culta rigantur, aquas.

IN PEDEM VRSINVM:

Iohannis Stigelij.

Tempore, quo prima florens ætate Sabinus,
  Marchiacam dulci voce repleret humum:
Barbaries lacerata sinus, impexa capillos,
  Pertulit ad Viadri lata fluenta gradum.
Tunc, vbi nimbosas violentius acta per Alpes,
  Quæreret auspicio regna tenenda nouo.
Amplexura fuit Latia tellure fugatam,
  Marchia, submissas atq; datura manus.
At fatale sui monstrum qui nosceret æui,
  Cerneret ac patriæ damna, Sabinus erat.
Ille tuos, fera Barbaries, non pertulit ausus,
  Compulit at subitæ tradere terga fugæ.
Teq; Medusæo velocius alite vectus,
  Egit ad Hassiaci flumina curua Lani.
Dicitur innumeras tunc Helius inter arenas,
  Carmina iucundo clara dedisse sono.
Qui simulac vidit vesani corpora monstri,
  Horruit, ac toto pallidus ore fuit.
Mens tamen vt rediijt, labefactam verbere multo
  Barbariem, vasto corpore strauit humi.
Deq; suæ iussit patriæ discedere terris,
  Ne mela præteritis asperiora ferat.

Quid

Quid faceret? mœſtis vlulatibus illa remiſſis,
Fugit in Hercynium, periuga celſa, nemus.
Audierat, poſitam ſub eodem ſidere gentem,
Quæ celebris mira ſimplicitate foret.
Quæq́; magis terræ glebas, & iugera poſſet
Vertere, quàm varia nectere fraude dolos.
Nam genus hoc hominum, priſco quod nomine dicunt
Tyrigetas, omni calliditate vacat.
Contentumq́; ſuis, non tendit latius. agris,
Inq́; locis patriæ, fasq́;, piumq́;, colit.
Inuenit ergò nouas artes ſæuiſſima peſtis,
Vt populi victrix ſimplicis eſſe queat.
Nam ſimulac rictu patulo diduxerat ora,
Inq́; pedes abijt ſanguinolenta manus:
Corpus & hirſutis penitus nigreſccre villis
Cœpit, inhumanis viribus vrſa fuit.
Quantus in Ætolis aper eſt graſſatus arenis,
Non benè cùm Phœbes numina culta forent:
Tanta per apricos vaſto ruit impete campos,
Non ſecus ac rupta fulmina nube volant.
Ruriculæ curuo ſubigentes vomere terram,
Antè minus viſam pertimuere feram.
Nec mora, diffugiunt pauidi: neglecta videres
Ruſtica diuerſis arma iacere locis.
Vix etiam clauſo defendunt mœnia ciues,
Mœnia, quæ multo plena fuere metu.
Illa furit, paſſimq; volans certamina miſcet,
Sanguine Tyrigetûm culta madeſcit humus.

Vrbs iacet, à veteri Gotthorum nomine dicta,
Ad vada non vnquam laudibus orba, Lini:
Gotha, parens frugum, flauis vberrima campis,
Suetaque laudatos progenerare viros.
Quam prope decliui consurgunt aggere colles,
Pictaque formosis floribus halat humus.
Sapius hîc dulci modulatus carmina plectro,
Stigelius, Clario cum grege fecit iter.
Tunc etiam teneris fertur spaciatus in herbis,
Effera Barbaries quando timenda foret.
Proque leui cithara, gladium gessisse coruscum:
Conueniens statui temporis ille fuit.
Aduolat ecce furens, & cæde superba recenti,
Quaque venit, latè depopulatur agros.
Iamque erecta solo graditur: rictuque minaci,
Et pede sanguineo, prælia sæua parat.
Diripit exemplò vates celeberrimus ensem,
Ac petit aduersæ membra cruenta feræ.
Primaque consequitur successum plaga, pedemque
Amputat, & viridem sanguine fœdat humum.
Illa fugit, claudoque facit vestigia gressu:
Arripuit sectum turba nouena pedem.
Doctaque Melpomene, reliquis astantibus, inquit,
Praemia virtutis percipe iusta tuæ.
Stigelioque pedem, tanti monimenta laboris,
Contulit: in clypeo quem gerit ille suo.
I nunc Barbaries, Turingos marte feroci,
Indigenas patriæ, stulta, lacesse meæ.

IN DRACONEM CVSTODIENtentem aurea mala: *Felicis Fidleri.*

Ardua virginei conſcendere culmina montis,
Culmina, præcipiti vix adeunda loco:
Non minor eſt virtus, quàm cuſtodita draconi
Mala, triumphali diripuiſſe manu.
Gratia maior ineſt auro, ſed gloria maior,
Nobile Daphnea cingere fronde caput.
Deque iugo malim Parnaſi ducere Muſas,
Aurea quam patriæ mala referre meæ.
Carole, terrarum victor, ter maxime Cæſar,
Tu facis vt ſtudium ſuſcitet æquus honor.
Præmia qui doctis non inferiora rependis,
Nec minus illorum ſcripta verenda probas:
Quàm ſi pro patria victricia ſigna tuliſſent,
Ac referant forti clara trophæa manu.
Hercule ſic dignos clypeos, atque arma, dediſti,
Fidlero, Clariæ qui decus artis erat.

IN MESSOREM CARDVORVM: *Lamperti Diſtelmeieri, Iuriſconſulti.*

Dum pia Marchiacas Aſtræa perambulat oras,
Quam trahis ex alto, Dux Ioachime, polo:
Demetit hic tribulos & acutæ cuſpidis herbas,
Ne lædat teneros inclyta diua pedes.
Illa refert populis felicia ſecula, vates
Qualia, Saturno rege, fuiſſe canunt.
Macte vir ingenio, qui cum Duce, iuris & æqui
Sentibus obſtructus non ſinis eſſe vias.

IN PRAETOREM:

Pauli Prætorij.

Quisquis es, in nostris qui forsitan ædibus hospes,
Insignes clypeos & monumenta vides:
Quæ meus ostentat paries, doctisque libellis
Iungit, honorato conspicienda loco.
Illa patronorum, qui carmina nostra tuentur,
Quique fouent Musam sumptibus, esse scias.
Hæc ergo suspicio, regnum velut arma potentum,
Ac veluti citharam, Delphice Phœbe, tuam.
Prima gerit Paulus: Paulus, quem patria tellus,
Atque Sigismundi Præsulis aula colit.
In clypeo Prætor solio subnixus eburno,
Inque manu gestans lignea sceptra, sedet.
Digna virum grauitas, talo demissaque vestis,
Barbo comans, facies non truculenta, decent.
At galeam geminæ pennis illustribus alæ,
Crineque Cæsareo digna corona, premunt.
Cæsaris hoc munus, quis non sciat esse? patrono
Quid dedit ex meritis talia signa meo.
Contigit huic nomen Prætoris & omen in ipso
Nomine: nominibus res bona sæpe subest.
Vix alter melius pia iura tuetur & æquum,
Constituens iustis præmia, damna malis:
Hic vbi Septemuir populos moderatur & vrbes
Marchicus, ex alto quem probat vrsa polo.
Sala rigat latas Albi cum flumine terras,
Qua regnum Præsul Parthenopeæus habet.
Fungitur hic summi prætoris munere Paulus,

Legibus & sanctis oppida cuncta regit:
Proximus à dominô, cui dat Victoria Vocis
Nomen & eloquij nobilioris honos.
Omnis in hoc igitur certam iacit ora salutem,
Iustitiæque decus, præsidiumque vocat.
Ora potens, fidei custos, illustris Othonum
Patria, fœcundàm quam facit alma Ceres.
Ferdinande pater patriæ, rex optime regum,
Per te iustitiæ, dona, minister habet.
Tu Paulum, Paulique domum, regalibus ornas
Dotibus, atque frui nobilitate iubes.
Quam non diuitiæ pariunt, sed viuida virtus,
Et vigilans animi cura, forique labor.
Cumque viri mores, & prouida pectora laudes,
Ipse senatorem præcipis esse tuum.
Care Deo Cæsar: per te sapientia mundo
Imperat & legum dulcis amica, Themis.

IN LEONEM ARMATVM *securi, & virum tenentem librum; Thomæ Matthiæ.*

Cûm dedit hæc Cæsar Thomæ gestanda Mathiæ,
Ister vbi rapidas, arma, fatigat aquas:
Mars ait: apta meæ sunt hæc monumenta cateruæ
Conueniunt doctis mollia signa viris.
Astitit, ærata quæ protegit ægide pectus,
Virgo, pudicitia consilioque potens.

At-

Atque, nihil cedunt prudentes fortibus, inquit,
Bella gerit ſapiens, fortior arma gerit.
Viribus ille animi præſtat, ſed corporis alter:
Sæua manus docta nil ſine mente poteſt.
Plus quàm bellipotens Aiax, Laërtius heros
Præſtitit, ad muros, perfida Troia, tuos.
Quamuis ille ferox, quamuis hic prouidus eſſet,
Et foret hic lingua promptior, ille manu.
Nec puduit Graios, clypeum pugnacis Achillei,
Armaque prudenti contribuiſſe viro.
Quæ tamen inuidia eſt? Thetidis pulcherrima proles,
Sæpius Aonidum plectra ſonora tulit.
Atque manu citharam tetigit, qua terruit vrbes,
Dardaniam bello tunc vbi preſſit humum.
At, Gradiue, tuis quò mens bona luceat armis,
Fœdera cum doctis inuiolata para.
Hi tibi pro galeis, & quæ tua ſigna putantur,
Innenij vires, conſiliumque dabunt.
Cùm ſapiens vrbes regit, & Mars enſe tuetur,
Innumeris florent regna, Ducesque bonis.
Dixerat hæc Pallas: placuit ſententia Marti:
Lætior applauſu Cæſaris aula fuit.
At generoſe leo, tu nunc ſapientis honori,
Marchia vix qualem protulit ante, faue.
Et doctum defende librum, quem dextera prudens
Exhibet, & clypeo gaudet ineſſe tuo.
Non liber ille tibi nec erit labor iſte pudori:
Nam tua per libros nota ſecuris erit.

Quæ dare non Cæsar virtuti munera nouit,
Aonio tinctus fonte libellus habet.

IN DVO CAPITA GALLORVM *inter se pugnantia: Christophori Ionæ Regiomontani, Iurisconsulti.*

Vt, si quando gerunt cristati prælia galli
Acriter elatum corpus vtrinque fremit:
Vnguibus & rostro, pennisque sonantibus, instant
Vulneraque ex omni trivia parte ferunt:
Sic vbi concurrunt facundi vocibus oris,
Larga quibus dulci verba lepore fluunt:
Pugna per innumeras acris comittitur artes,
Fulminis & pleno perstat vterque sono.
Hic modò verborum crebris ambagibus, ille
Prælia materia conueniente facit.
Expertus quoties fuit hæc facundus Ionas,
Cum fuit externos iussus adire Duces,
Prussiacique Ducis causas tractare loquendo,
Voceque magnorum flectere corda virûm?

IN LILIA ET PVLEGIVM: *Matthiæ Pulegij, illustrium Comitum à Gorcka Cancellarij, & fratris eius Christophori Iurisconsulti.*

Quas tibi, quas grates, generosa Silesia dicam,
Lilia fœcundis quæ paris alta iugis:
Pulegiumque virens, quod regum compleat aulas.
Et celebres inter fragret odore Duces?

Nam

Nam niueos flores, & clari nominis herbam,
Transtulit è campis inclyta Gorcka tuis,
Sæpe quibus magni decoraret limina regis,
Vrbs vbi de Gracchi nomine dicta iacet.
Et meus hinc Princeps decerptum nobile gramen,
Ad Viadri liquidas surgere iussit aquas.
Pulegium salue cultissima tellus,
Quæ rerum dominis lilia grata foues.

IN DVAS ANCHORAS ET *stellam: Burchardi Mithobij Medici.*

Sæuior immensis vbi viribus ingruit auster,
Et mare commotis feruet vbique vadis:
Anchora secura facit vt statione quiescat
Nauis, ab Æolio quæ grege pulsa fuit.
Sic vbi morborum languent concussa procellis
Corpora, Phœbæa sæpe leuantur ope.
Anchora quapropter meritò medicina vocatur,
Vtilis humanæ quæ solet esse rati.
Inde tibi cur non duplex, Burcharde, geratur
Anchora, cui medicum vix reor esse parem?
Nam, venerande senex, non tantum pharmaca misces,
Quod tamen insigni dexteritate facis:
Sed quoque felici modularis arundine carmen,
Carminis artifices & reuerenter amas.

Attamen in clypeo quare tibi ſtella coruſco
Lucet, & illuſtres exerit igne comas?
Vel quòd celſa regunt veloces ſidera naues,
Vel quòd in humanis plurima rebus agunt.
Vel quòd præcipuè medicam dominantur in artem,
Vel tibi quòd cœli lumina noſſe datur.
Hæc tibi cantaui præſtantes inter amicos,
Docte ſenex, animi maxima cura mei.
Tunc vbi Daphnea mea tempora fronte Sabinus
Cingeret, ad Viadri rauca ſonantis aquas.

IN CERVVM ICTVM SAGITTA, *& quærentem dictamum Credicum; Iohannis Pontani Medici.*

Quis Deus ignotas animantibus indidit artes?
Quis dedit herbarum cognitione frui?
Saxa per & ſyluas, per deuia luſtra ferarum,
Læſus agit curſu præpete ceruus iter.
Quærit & arcanum dictami nobilis vſum,
Ad guſtum cuius tela reuulſa cadant.
Abdita ſic herbæ primum patefacta poteſtas,
Notitiam bruto ſuppeditante, fuit.
Fallor? an exemplum cerui, Pontane, ſecutus,
Auſus es immenſi ferre laboris iter?
Vt nunquam viſas patriæ mortalibus herbas,
Et legeres medica pharmaca tecta manu.
Quid referam ſummis æquatas nubibus Alpes?
Quid referam fines, Gallia culta, tuos?

Quid

Quid referam Scythiæ valles, & inhoſpita regna?
Quid freta? quid gelido ſubdita regno polo?
Omnia Pontanus quæ perluſtrauit, & inde
Multa Machaonio contulit apta viro.

IN MANVM EX NVBE ATTRE-ctantem puerum in terra iacentem: *Andreæ Mylij.*

Cùm tener ex vtero materno prodiit infans,
Immundam nudo corpore tangit humum.
Et iacet, immenſa ſerie veniente malorum,
Quæ ſolet hummanum diſcruciare genus.
At propter omnipotens, cui ſunt mortalia curæ,
Abiecto facilem porrigit ipſe manum.
Erectumque ſolo, primis enutrit ab annis,
Sollicitæ partes ac genitricis agit.
Mox etiam dotes animi largitur, & ipſum
Edocet ingenuo pectore recta ſequi.
Donec ad eximios illum ſuſtollat honores,
Et faciat ſumma proſperitate frui.
Ergò viros opibus, magni & honoribus auctos,
Conuenit auctoris commeminiſſe ſui.
Qui ſolus vitam dedit, & conceſſit honores,
Scilicet hunc grato pectore ſemper ament.
Promoueantque pios, quibus eſt Eccleſia cultus,
Dedita, nec luxu tempus opeſque terant.

Hoc tua, Mæcenas, monumenta docere videntur,
Quæ geris, & vitæ nobilitate refers.
Nanque tuus Princeps ſacri quòd dogmata verbi
Prouehit, & ſtudijs ocia iuſta facit:
Id magno dignum primis cognouit ab annis,
Principe, te mores erudiente ſuos.
Hinc Deus & Muſæ te rurſus honoribus ornant,
Præmia quò tanta pro pietate feras.
Quàm, proceres paſſim qui nunc dominantur in aulis,
Optarim ſimiles, docte vir, eſſe tui.

IN CVLTRVM AMPVTANTEM

folia: Friderici Dedekindi.

Luxuriare ſuis cùm frondibus incipit arbor,
Explicat & numero liberiore comas;
Eſt opus, agricolam teneros compeſcere ramos,
Palmes vt haud nulla ſe ſciat arte regi.
Imperio quocunque caret, nec flectitur vſu,
Nil valet, & motu luxuriante perit.
Sic etiam teneræ ſi deſint frena iuuentæ,
Emicat, & proprij damna furoris alit.
Nam velut exoriens erumpit & æſtuat ignis,
Si non maturam præbeat humor opem:
Sic puer, imperij tenero non conſcius æuo,
Poſtmodò, concipiens æthera mente, volat,

Vt ruit, insuetas & ferre recusat habenas,
Aspera qui nunquam frena momordit equus.
Nec tamen indomitæ mores formare iuuentæ,
Quilibet eximia dexteritate poteſt.
Nam benè viuendi quæ ſemita ducat ad arcem,
Tradere, non paruæ munera laudis habet.
Ergò viros, noſtro qui tempore dogmata vitæ
Pulchra canunt, grato pectore quisque colat.
Carmine quos inter Fridericus magna iocoſo
Tradidit, ac meritò nomina prima tenet.

IN EVNDEM CVLTRVM *Dedekindi.*

Expolit hoc cultro rigidos Dedekindus alumnos,
Dogmata dum vitæ mira, ſed apta canit.
Quod ſimulac vidit, ſubridens dixit Apollo,
In clypeo cultrum, ceu monumenta, geras.
Vnde queant olim ſeri meminiſſe nepotes,
Te ſcitè mores expolijſſe rudes.
Tradimus effrenæ quoties præcepta iuuentæ,
Hoc cultro nobis quid magis eſſet opus?

IN TRES CORNICES: *Ioachimi Camerarij.*

Aërias qualis cornices gratia iungit,
Ipſa quibus longum viuere Parca dedit:

Talis

Talis nuper amor, docto, Ioachime, Philippo,
Coniunxit ſtabili teque, tnosque, fide.
Veſtraque diuinas concordia protulit artes,
Nil quibus vtilius maximus orbis habet.
Ac veluti viduam cornix trahit altera vitam,
Suſtulit alterutram cum violenta dies:
Sic funeſta pium poſtquam tenet vrna Philippum,
Tu geris in tota triſtia ſigna domo.
Ereptumque doles, qui longo ſtamine fati,
Secula cornicis vincere dignus erat.
Cur fera mors aufers transquillæ pacis alumnos,
Cùm ſuperet Pylium cetera turba ſenem.
Cui leuis ambitio, cui vana ſuperbia rixas
Dictat, & has dira ſpargere voce iubet?

IN CRIBRVM ADAMI
Siberi.

Qui ſtudet æthereum cibro committere nectar,
Belidas effuſis hic imitatur aquis.
Sic doctrina potens, memori non mente repoſta,
Effluit, & rimas inuenit vſque ſuas.
At benè Parnaſi theſaurum, diuus Apollo
Credidit ingenio, clare Sibere, tuo.
De quo docta cohors, Grimæ ſub mœnibus altis,
Carpit inexhauſtæ fertilitatis opes.

IN MANVM BIPENNI
armatam: Guari Vuigandi Guarini Medici.

Hanc proaui, Guarine, tui geſſere bipennem,
Conſpicui valido marte togaque viri.
Vt, patriam premeret ſi forſitan improbus hoſtis,
Acria funeſta vulnera ſtrage darent.
Vtque domi poſſent populi cohibere furorem,
Tractantes vigili publica frena manu.
At nunc peſtiferos morbos depellis eadem,
Docte vir, & Stygium trans Acheronta fugas.
Sic fuit haud vnum fabricata bipennis ad vſum,
Quæ decorat generis ſtemmata priſca tui.

IN SPEM: JOHANNIS
Hofferi Jurisconſulti.

Spes confiſa Deo, nunquam confuſa recedit,
Hanc gerit Hofferi mens generoſa mei.
Spes alias hominum, quas nouimus eſſe caducas,
Negligit, & precij nullius eſſe putat.
Talis & ærumnas vitæ mihi leniat, & me
In media iubeat fidere morte Deo.

(o)

IN VENEREM ET STELLAM: *Iohannis Boceri.*

Non Dea, quæ Martem gremio turpiſſima fo-
uit,
Geſtatur clypeo, docte Bocere, tuo.
Sed quæ dulce rubens, & purior omnibus aſtris,
Suppeditat vati ſcripta venuſta, Venus.
Hæc tibi naſcenti radijs felicibus orta,
Innumeras Veneres officioſa dedit.
Vnde tua viui ſpirant è voce Lepores,
Et blandæ Charites, & bene comptus Amor.

IN CERVVM ALATVM, LIBRO *inſiſtentem: Iohannis Secundi Poëtæ.*

Corpora ſi tollat per inania nubila ceruus,
Æthereumque gradu præpete findat iter:
Auia nequicquam latratibus antra laceſſet,
Quæ ſtruet inſidias turba cruenta canum.
Irrita venator prætendet retia ſyluis,
Ridebit vanos præda ſuperna dolos.
Quis neget, & ſimili ratione poëmata vatum,
Faucibus horrendos non timuiſſe canes?
Omnia quantumuis immani dente minetur
Zoilus, & rictu multa ſonante fremat:
Scripta poëtarum tamen & monumenta ſuper-
ſunt,
Effugiuntque minas, Zoile dire, tuas.

IN DVOS ACCIPITRES: IOACHIMI *Mynſingeri a Frundeck, Iuriſconſulti.*

Auſtriacam quæ fida domum Iouis incolit ales,
Iuſtaque cum magno Cæſaris ſceptra tenet,
Accipitres experta pios, & marte potentes,
Sæpius adverſa ſorte premente, fuit:
Inclyta Frundechæ quos miſit copia gentis,
Vnde ſuos ortus Mynſiger ipſe trahit.
Mynſiger, interpres, velut alter Scæuola, iuris,
Sulpicio fandi nec ratione minor,
Has igitur volucres, auium regina tuetur,
Illuſtres alijs & magis eſſe iubet.
Et ſua dum ſtatuit virtui præmia, tali
Exemplo, reliquas admonet eſſe pias.

IN CAPVT LEONIS SANGVINEVM *& coronatum: Ludolphi Schraderi Iuriſconſulti.*

Bartolus, ad cœlum quem clara ſcientia iuris
Tollit, & ingenij nobilioris honos,
In clypeo pinxit rubicundi ſigna leonis,
Idque tuum munus, Carole Quarte, fuit.
Fallor? an, hunc fama ſummi qui nominis æquat,
Talis Schraderus nunc propè ſigna tenet?
Nam caput auulſum rubri ceruice leonis,
Ambiat auratum quod diadema, gerit.

Quos

Quos vigor ingenij, cognataque gloria iungit,
Hos & imaginibus quid vetat esse pares?

IN CLYPEVM TRIBVS FOLIIS *rubentibus distinctum, & galeam regali corona pennisque insignem: Alberti Thuemij Iurisconsulti.*

Cùm secuit Perseus crinitæ colla Medusæ,
Vnde Medusæus dicitur ortus equus:
Sanguineæ passim guttæ cecidere per herbas,
Quà caput occisæ Gorgonis ille tulit.
Protinus aspersæ roseum traxere colorem,
Semper & in folijs extitit iste cruor.
Horum de numero, tria decerpsere Camœnæ,
Alberte, & clypeo composuere tuo.
Vt quoque Parnasi tu pro nemoralibus antris,
Susciperes forti bella gerenda manu.
Sed decus hoc Cæsar donis illustribus auxit,
Nobilibus cùm te miscuit ipse viris.
Nam tibi regali galeam diedemate cinctam,
Profuit Imperio quòd tua cura, dedit.
Addidit & pennas: quales de more vetusto,
Præcipua geniti nobilitate gerunt.
Salue perpetuum, vir splendide, cuius honori,
Terrarum domini, Pieridesque fauent.

IN CLYPEVM CANDIDVM, SANGVInea trabe distinctum: *Adriani Albini Iurisconsulti.*

Qui candore niues, qui candida lilia vincit,
Et nihil in toto pectore fellis habet:

Hoc

Hoc gerit Albinus candoris nobile signum,
Nec gaudet clypeo verſicolore tegi.
At quia non dubitat, ſi publica tempora poſcant,
Pro Duce, pro patria, pro pietate, mori.
Sanguine candorem tingens heroica virtus,
Purpuream clypeo iuſſit ineſſe trabem.

IN TILIAM: HIERONYMI *Lindeneri Iuriſconſulti.*

Quisquis es, argutas penitus cognoſcere leges
Qui cupis, & docta præmia ferre manu:
Huc mecum tiliæ ſuccede virentibus vmbris,
Lindneri celebrem quæ tegit alta domum.
Et domino faciles aduerte docenti:
Non minus hic etenim candida iura ſonant:
Quàm ſonuere olim ſophiæ ſeptemplicis artes,
Sub platano, fluuium propter, Ilyſſe, tuum.
Diſcipulos magni quæ Socratis humida fouit,
Cùm canis ardenti ſidere preſſit humum.
Quod ſi via manet facundi Socratis arbor,
Nomen & æternum voce Platonis habet:
Huic etiam tiliæ nullo peritura ſub æuo
Nomiua, concedent carmine fata meo.

IN LILIVM AVREVM, ET ROSAM *purpuream: Andreæ Zochij Iuriſconſulti.*

Zochius aſpiciens inſignia gentis auitæ,
Cùm daret Aonio nomina fida choro:

Hos ſtimulos, dixit, mihi ſubijcit inclyta virtus,
Vt proauos animi nobilitate ſequar:
Et mihi venturos durabile nomen in annos,
Ingenij rara dexteritate, parem.
Protinus amplectens ſpacioſi dogmata iuris,
Cœpit honoratis notior eſſe viris.
Et tibi cum primis placuit, doctiſſime Schurphi,
Quòd foret in caſtris ſtrenuus ille tuis.
Quin & conſilijs, ac diuitis vbere linguæ,
Iam iuuenis regum dignus amore fuit.
Ergô velut riguo decus addunt nobile campo,
Aurea purpureis lilia mixta roſis:
Regales ſic ille domos pulcherrimus ornat,
Omnia matura dum grauitate gerit.
Hinc ſapiens Cæſar magno ſibi ducit honori,
Sæpius hunc præſtò faſcibus eſſe ſuis.
Fidite virtuti, egregias qui diſcitis artes,
Illa Deo gratos, principibusque, facit.

IN CAPVT SOLE COLORATVM,

& lilium aureum: Iohannis Köppen Iuriſconſulti.

Quid cupit auratos auellere pollice flores,
Quos ſtudium ſacri nobile iuris habet:
Hic æſtus tolerare graues, & frigora diſcat,
Hic Phœbi radijs ora peruſta gerat.
Non leuis aſcenſus, ſi quis petit ardua: ſudor
Plurimus ad rerum culmina ſternit iter.

Hæc

Hæc reputans animo, Doctor celeberrime legum,
Et noua Marchiaci gloria, Cope, soli:
Ausus es ingenti vestigia trita labore,
Quà iuga dicit iter per salebrosa, sequi.
Iamque tenes celsi fastigia splendida iuris,
Consilioque Duces, voce Lycea iuuas.
Iure igitur florem, fuluo qui splendeat auro,
Ornet & æternum teque tuosque, geris.
Cui tamen exhausti coniungere signa laboris,
Nempe caput fusco triste colore, iuuat.

IN VITEM: STEPHANI *Weisbachij Iurisconsulti.*

Planta, poëtarum dulci quæ pectora succo,
Ad sacra Pierij verticis apta facit:
Et decus eloquij puro cum nectare præbet,
Ac procul ex animo tristia cuncta fugat:
Iure tibi clypeum generosa fronde coronat:
Qui multum Clarij numina fontis amas:
Affluis & doctæ mellito flumine linguæ:
Iustitiæ constans quam moderatur amor.
Quinetiam faciem roseo tingente Lyæo,
Suauius ingenio nil queat esse tuo.
Frondeat æternum, quam gestas. inclyta vitis,
Ipsius & rami teque tuosque tegant.

IN QVINQVE RHOMBOS *sanguineos: Ioannis Caselij.*

Vernouius leni quà Balthica littora cursu
Findit, & æquoreas lubricus intrat aquas:

Calliope dudum, lætata ſalubribus auris,
Excoluit tenera pulchra Roſeta manu.
Iuſſit & hinc vernos manibus decerpere flores,
Quotquot Apollineæ tangeret artis amor.
Nobilis, ex illo, præſtantes hortus alumnos
Fouit, & Aonio notior amne fuit.
Nec puduit myrti redimitos fronde poëtas,
Colligere hic puras in noua ſerta roſas.
At ne monſtra locus patiatur talia paſſim,
Qualia Caſtalidum nunc populantur opes:
Quinque acies roſeo tinctas, facunde Caſeli,
Sanguine, præſidio ſepibus eſſe iubes.
Hasque moues, quoties crudelibus ingruit armis
Barbaries, Stygio cincta furore latus.
Sic pia Calliope, nitidis quæ floribus auxit,
Seruantur ſtudio, blanda Roſeta, tuo.

IN TRES MONEDVLAS, ET CEREREM *ſpicis armatam: Chriſtophori Meienburgij Iuriſconſulti.*

Cùm ſynodum regi volucres habuere creando,
Magnaque pauoni dedita turba fuit:
Quòd Iunonis auis, criſta quòd nobilis alta,
Corpore quòd præſtans verſicolore foret;
His monitis ſtultas flexiſſe monedula mentes
Dicitur, & motus compoſuiſſe graues.
Heus, formoſe, refer, ſi nos petat vngue cruento
Quæ loca ſideribus proxima tentat, auis:

An

An miseras vlla poteris ratione tueri,
Aut desperatis addere rebus opem?
Talia dicentem, mirata est turba volucrum,
Et Iouis armigero sceptra tenenda dedit.
Hinc est, marmoreas quòd consiliaria turres,
Præque alijs regum splendida tecta colit.
Ipsa nec indigna est, clypeo quam gestet auito,
Quæ tenet à Maio nomina, clara domus.
Namque senatores tot vix tulit altera; quorum
Publica consilijs res stabilita fuit.
Cur tamen huic sociam volucri se candida iungat,
Est operæ precium non tacuisse, Ceres.
Nemque vbi consilium rebus prælucet agendis,
Affluit innumeris terra beata bonis.
Ast ieiuna fames, & squallida regnat egestas,
Dicta senatorum nil vbicunque valent.

IN QVATVOR TRABES, ET
tres stellas: Thomæ Hubneri.

Æmonius quantum Chironi debet Achilles,
Aut satus Alcmena de genitrice, Lino:
His trabibus tantum debes, mitissime Princeps,
Quem modò Primatem Teutonis ora vocat.
In quibus innixum teneris te scimus ab annis,
Sideribus præstans inseruisse caput.

Cùm tuus ardor erat, felicis acumine mentis
Noſcere, quæ magno Principe digna forent.
Hinc, Ioachime, Duces inter, Friderice, beatos,
Exeris ingenij ſplendida dona tui.
Commiſſosque tibi populos, ingentibus imples
Diuitis eloquij, conſilijque bonis.
Ergò etiam nomenque tuum, trabiumque piarum,
Inuolui tenebris non ſinet vlla dies.
Et tuus inſertus cœlo, poſt funera, doctor,
Conſpicuum triplici lumine ſidus erit.

IN CYGNVM, CORONA EX LAVro & ruta ornatum: *Ioannis Maioris Ioachimi Poëtæ.*

Laureolam Cæſar tibi contulit, Albis olorem,
Saxonici rutam dextra benigna Ducis.
Quòd canis heroas, cygnea voce, potentes,
Quos rerum dominos Iſter & Albis habet.
Hinc triplici fulges dono, celeberrime vates:
Sed tua poſt obitum gloria maior erit.
Cùm tibi ſerta dabit nunquam peritura Redemptor,
Quem tua diuino carmine Muſa canit.

IN TRES STELLAS: IOHAN- *nis Cnoblochij Medici.*

Quem iuuat audaci pelagus tentare carina,
Vt fieri medica clarus in arte queat:
Seductus dubijs ne fortè ambagibus erret,
Hoc duce susceptum sidere carpat iter.

IN MERCVRIVM: CHRISTOPHORI *Corneri, Theologi & Oratoris.*

Willichius, Viadri quo nemo ad fluminis vndam,
Ingenij maior nobilitate fuit:
Dum fudit celebres diuini pectoris artes,
Cornerum patria fertur amasse fide:
Et dixisse; meos haud clarior inter alumnos,
Cùm mihi mors oculos clauserit, vllus erit.
Exitus ostendit, non vero aliena locutum;
Prospiciunt magni sæpe futura viri.
Ecquis enim dulci Cornerum nectare linguæ,
Vincere doctrina quis sapiente potest?
Qualis Aristoteli successit in vrbe Mineruæ,
Conueniens nomen cui Theophrastus erat:
Talis hic egregij famamque locumque magistri
Excipit, & Musis grata Deoque facit.
Dignus ob id, Maia natum qui pingat in armis,
Si quid & hoc ipso doctius esse queat.

IN IMAGINEM CHRISTI CRVCIcifixi: *Andreæ Prætorij Theologi.*

Qui miſeranda vides inſontis vulnera CHRISTI,
Flebile dum celſa de trabe pendet onus:
Diffiſus meritis, CHRISTI confide cruori:
Solus enim larga dat bona cuncta manu.
Si grauibus feſſi torrentur febribus artus:
Ille ſalutiferæ pocla miniſtrat aquæ.
Si preſſus rigida peccati mole laboras:
Iuſtitiæ fons eſt lucidus ille tuæ.
Auxilio ſi laſſus eges: is robore pollet,
Præſentemque tibi fert miſeratus opem.
Si metuis denſa cæcam caligine noctem:
Triſtia cœleſti nubila luce fugat.
Si violenta times horrendæ ſpicula mortis,
Te iubet is vita non pereunte frui.
Si cupis aurati conſcendere culmina cœli:
Ille tibi facilem pandit ad aſtra viam.
Si mouet ergò tuæ quicquam te cura ſalutis:
Vulneribus CHRISTI fide: beatus eris.
Hæc velut inuicto PRÆTORIVS ore profeſſus,
Conſtanti CHRISTVM corde fideque colit.

IN

IN LILIVM AVREVM, VNDIS *ſupernatans: Sebaſtiani Glaſeri.*

Aulica ſit quantis obnoxia vita periclis,
Quam fortunatam credula turba putat:
Denotat, & cunctis docta ſub imagine monſtrat,
Aureus hic tumidas floſculus inter aquas.
Qui ſapit, exigua contentus ſorte quieſcat,
Splendida ſunt magnis ſæpe referta malis.

IN LILIVM CANDIDVM: Iuſti Thieſij.

Floſcule, candidior cygnis, & lacte recenti,
Quasque parit vernas Dædala terra roſas.
Quæ tibi, quæ condam præconia? nobilis hortus
Te primum viridi progenerauit humo.
Hinc ſenior Princeps, tenerum te fouit, Ericus,
Humida victrici dans alimenta manu.
Ille pater patriæ, Guelphorum certa propago,
Sub Duce quo felix Saxonis ora fuit.
Tranſtulit ad Verræ tandem pia flumen Eliſa,
Inſit quæ magni dona parentis habet.
Hîc tua cæruleis ſe gloria nubibus æquat,
Quamuis ſit folijs proxima ſpina tuis.
Spina, Deo gratos dudum quæ lædere flores
Tentat, & eſt fati non benè gnara ſui
Tempus erit, ſpinas rapidus quo deuoret ignis,
Et flores alios obruat atra dies.

Tu tamen Aonias inter seruaberis herbas,
Quà strepit Elysij fertilis vnda iugi.
Floscule, candidior cygnis, & lacte recenti,
Quasque parit vernas Dædala terra rosas.

IN TRIFOLIVM: WOLPHGANGI *Iusti Medici.*

Quòd rerum causas, quòd pharmaca tractat & herbas,
Cynthius hæc Iusto signa gerenda dedit.

IN TRES LVNAS, ET CLYPEVM *tenebris inductum: cnm symbolo, Ipse faciet: Iacobi Monauij.*

Vt non perpetuò cæcis inuoluitur vmbris
Luna, licet mœstis nubibus ora tegat:
Sic quamuis densa caligine mersa laboret,
Terribilique gemat condita nocte fides:
Non tamen occumbet penitus; sed vindice Christo
Surgèt, & insolitum proferet orta iubar.
Ipsa quoque æternum tristi non sorte prementur,
Intrepidè veram corda professa fidem.
Sed velut auricomi comitantur nubila soles,
Et noctis tenebras excipit alma dies:
Sic prius exhaustis vitæque necisque periclis,
Excipient cœli gaudia firma pios.
Nam sibi fidentes patrijs complectitur ~~vlnis~~,
Nec solet afflictos deseruisse, Deus.

Huic

Huic igitur confide libens, (huic fidere tuum)
Inclyte Pierij flos, Iacobe, iugi
Ac licet ærumnis & iniqua mole grauatus,
Fortunæ dubias experiare vices:
Non tamen aduersi frangaris turbine fati,
Sed maneat viuo spes tua nixa Deo.
Is faciet, plenis vt vincas omnia velis,
Et teneat portum quassa carina suum.

IN LEONEM, VRBIS MOENIA DEfendentem, *sagittaque traiectum, & galeam aurea corona conspicuum: Christophori Preiss Pannonij à Springenburgk.*

Aspice, quæ maneant animosos præmia ciues:
Qui patriam dextra, consilijsque, iuuant.
Fortia crudeli transfixi pectora ferro,
Dum peragunt magno plena labore, cadunt.
Exitus hic illis: sed enim post fata coronam,
Et decus, ingenti pro pietate, ferunt.

IN CYGNVM LAVREATVM, *libroque mordicus apprehenso subuolantem: Iohannis Puchbachij.*

Aoniæ volucres, dulci quas Musica cantu
Afficit, & vatum candidus urit amor.
Sic agite, insignes super æthera ferte libellos,
Quos Charitum nitidæ perpoliere manus.

Vt, quibus haud hominum quisquam magis applicat aures,
Æternum celebrent carmina noſtra Deum.
Impleat ingratum tetris clamoribus orbem,
Præ citharis vatum, ſqualida barbaries.

IN CLYPEVM SALGVINEO *colore, tribusque ſtellis inſignem, & galeam aureis argenteisque roſis ornatam; Petri Streuberi Theologi.*

Deſpicit herboſos quà pulchra Sorauia campos,
Et ſedem pietas inuiolata tenet:
Excolit innumeris ſpecioſum floribus hortum,
STREVBERVS, patriæ gloria magna ſuæ.
Dumque Redemptoris conſpergit ſanguine plantas,
Procreat aureolas terra beata roſas.
Inde ſuis nectunt radiantia ſerta capillis,
Quos iuuat ornata fronte placere Deo.
Æſtus ipſe quidem rapidos, ac frigora, perſert,
Præmia ſed tanto digna labore feret.
Tunc, vbi fulgebunt aurati ſideris inſtar,
Acceptam Chriſto qui docuere fidem.

IN CLYPEVM DVABVS ALIS, *& galeam pennis decoratam; Pauli Vogelij Iuriſconſulti.*

Vt reſidens viridi ſub fronde, vel æthere pēdens,
Arguto volucris concinit ore melos:

At-

Atque omnis ſecura doli, ſecura pericli,
Deſpicit hoſtili retia tenſa manu:
Sic ſua quem virtus ſublimibus euehit alis,
Ponit & illuſtri gloria vera loco:
Inuidiæ ſpernit generoſo pectore morſus,
Et mundi tacitos effugit vſque dolos
Dumque alij ſtultè gaudent popularibus auris,
Egregijs animi nititur ille bonis.
Tu quoque te ſummis cœlo virtutibus infers,
Clare vir, Auguſti maxima cura Ducis.
Ac veluti ſcopulos Sirentum cautus Vlyſſes
Præteriens, tutum per mare fecit iter:
Sic quoque conſilijs & diuite nobilis vſu,
Inſidijs hominum ne capiare, caues.
Teque magnis ornatum dotibus, aula
Et colat, & ſancti numinis inſtar amet:
Attamen ex alto vani ludibria vulgi
Deſpicis & minimi ponderis eſſe putas.
Nec te liuor edax, nec dira calumnia lædit,
Conſcia mens recti talia monſtra domat.
Quare dum viridi gaudebunt fronde volucres,
Florebit toto nomen in orbe tuum.

IN GYGNVM, VRNAM, ET *tres roſas, cum inſcriptione, Canit ipſo in funere cygnus: Nathanis Clytræi.*

Varniadum Nathan inter nutritus olores,
Et Roſeæ pridem fama decusque ſcholæ.

Hos

Hoc meritò gestamen habet, Grato cuius & auctor,
Cæsaribus Chiron maximus ille tribus.
Nam ceu ferali hic cygnus subsidit in vrna,
Sed rostro atque ala remige celsa petit;
Sic illum è terris ad cœli limen anhelum,
Cum fastis toties carmina sacra probant.
Posthuma fama tamen sic vt post fata supersit:
Quod rosa vult triquetro conspicienda situ.
Sed quod margo refert, Canit ipso in funere cygnus:
Id læti indicium pectoris esse potest:
Quòd sua cuncta statu rerum permittat in omni,
Vnius arbitrio præsidioque Dei.
Macte animo hoc Nathan, hoc igitur ad astra volatu,
Quæ tibi præ cunctis meta petita fuit.

IN RVTHENVM CLAVI ARMAtum; *Andreæ Reussij de Ieschkenau.*

Horribiles cunctis minitatur hic armiger ictus,
Qui spernunt Clarij numina sancta chori.
Numina, quæ summo dignatur & ornat honore,
Reussius eloquij iustitiæque decus.
Nanque Medusæi doctas Heliconis alumnas
Diligit, & patria fulcit & armat ope.

Ipsius

Ipſius hinc magnas acquirit gloria vires,
Nec minus hoc ipſo nomine laudis habet:
Quàm quòd conſilijs & linguæ flumine præſtans,
Publica prudenti commoda mente iuuat.
Hunc igitur meritò grata ſuper æthera voce,
Tollit Apollinei turba nouena chori.
Eius & æternæ commendat nomina famæ,
Tantus in Aonidas ne moriatur amor.

IN VIRVM, SINISTRA MANV *thrullam, dextra verò gladium geſtantem; Andreæ Celichij, Theologi & Poëtæ.*

Celichius, cœlo qui Nomina ducit ab alto,
Totus & ætherei numinis igne calet:
Promoueat ſanctæ quò relligionis honorem,
Ædificat læua templa beata manu.
At rigidum dextra gladium vibrante minatur,
Diſturbare ſtudent qui pia cœpta, necem.
Talia tractanti comes eſt, minuitque laborem,
Cantibus, & ſacra, ſplendida Muſa, lyra.

IN MANVM EX NVBE PROTENSAM, *tenentemque ſerpentem & ſagittam: Caſparis Hofmanni Medici.*

Conſilium lentè captum, ſerpentis imago:
Ingenium velox, iuncta ſagitta, notat,

Hæc

Hæc duo quòd vitam rectè ſociata gubernant:
Sed cum diuina, cuncta regente, manu.

IN TRITONEM: MICHAELIS *Haslobij Poëtæ.*

Cùm peterent bello cœleſtia regna gigantes,
Multus & æthereo terror in axe foret:
Cæruleus Triton ſpiraſſe per æquora concha
Dicitur, & raucos continuaſſe ſonos.
Diffugere procul trepida formidine cuncti,
Nec ſonitum tantæ ſuſtinuere tubæ.
Quoſque repentini non fulminis ira premit,
Ceu ſcopuli, pauido diriguere metu.
Nunc etiam, clypeo quem tu geris, optime vates,
Grande ſonans Triton, monſtra ſuperba domat.
Exanimatque metu, quotquot furalibus auſis,
Oppugnant Clarij numina ſancta chori.
En tibi ſe nunquam committere cominus audet
Dira cohors, belli quæ modò ſigna dabat.
Prælia nimirum facient felicia Muſæ,
Buccina victrici dum fremet iſta ſono.
Aſt eadem fati cùm lege ſubacta quieſcet,
Quàm timeo caſtris, inclyte Phœbe, tuis.

FRIDERICVS DEDEKINDVS DE INſignibus ſuis, ad Iohannem Schoſſerum Æmilianum.

Clarorum clypeos qui ſcribis, & arma virorum,
Exiguo celerem tempore ſiſte ſtylum.

Quamque tibi arctoo Dedekindus ab orbe salutem
Mittit, inoffenso comiter ore lege.
Audio, quòd tanto quoque me digneris honore,
Vt mea sint Musis nomina mixta tuis.
Vtque meis aliquem tribuas insignibus, inter
Fulgentum magnis dotibus arma, locum.
Nec fauor ille mihi tuus est ingratus, honosq́;,
Quem mihi, Pieridum numine plenus, habes.
Illos ergò tibi nunc officiosus ad vsus,
Hæc volui propria mittere picta manu.
Est generis nobis obscura latentis origo,
Ipse parens humili conditione fuit.
Lanigerasque fuit solitus mactare bidentes,
Setigerasque sues, cornigerasque boues.
Inde suæ vitæ non immemor ille, nec artis,
Cultro, si qua notis indiguere, notat.
Causa nec vlla subest, cur debeat esse pudori,
Vnde Deo vitæ semina dante traho.
Ergò patris seruans insigne nouissimus hæres,
In clypei cultrum mo ior orbe mei.
Ille monet culter lanij genitoris: & idem,
Qua mihi viuatur conditione, monet.
Nanque vt ouis clauso mactanda tenetur ouili,
Tempora nec vitæ certa scit vlla suæ:
Anxia sed lanij cultros expectat, & horam
Funeris, ad properæ tela parata necis:
Sic ego, sic omnes Christumq́; fidemq́; professi,
Clausa velut diro carcere turba sumus.

Nec ſupereſt nobis aliud ſperare ſubactis,
Quàm lanij cultros, carnificisue manus.
Propter enim, fido colimus quem pectore, Chriſtum,
Præda neci tota cogimur eſſe die.
Ipſe ſed adieci folij tria ſigna virentis,
Qualia, quæ Baccho ſerta dat, arbor habet.
Nam mihi ſpes animum iuueni concepta fouebat,
Me quondam ſtudijs poſſe virere meis.
Non ſecus, ac hederam ſemper frondere videmus,
Vel Ioue Riphæas eiaculante niues.
Vtque eadem neque friqoribus ſuperata, nec æſtu,
Perſtat, & inuictum ſeruat utroque decus:
Sic ego me tutum contemnere poſſe putabam,
Hoſtilesque minas, inuidiæque dolos.
An tamen hoc votis optatum conſequar vnquam,
Non niſi cui conſtant omnia, ſcire poteſt.
Me fortuna quidem dudum mea credere cogit,
Quòd propè ſpes animo vana ſit alta meo.
Sed mihi te ſatis eſt vacuum, Schoſſere, dediſſe
Hactenus, ad Muſas iamque recurre. Vale.

IN PERSEA IOHANNIS

Schoſſeri Æmiliani, Georgius Sabinus Brandenburgenſis.

Regia qui geſtant trabeati ſceptra Quirini,
Diſtinctos hominum conſtituere gradus.

Vt virtus in honore foret: nec inertibus essent
Hi, quibus ingenium nobile & acre, pares.
Nam velut agricolæ distinguunt semina frugum,
Et meliora serunt fertiliore solo:
Sic quoque secerni decet hos à plebe, merentur
Qui clarum ingenio nobiliore decus.
Ergò magnanimo qui pectore castra secuti,
Fortiter hostiles sustinuere manus:
Aut qui virginei conscenso culmine montis,
Aonidas studio demeruere suo:
His tribuunt reges, vel nobilitatis honorem,
Laurea vel nitidis serta gerenda comis.
Cùm verò teneant spacio distantia longo
Oppida, nec possint omnibus esse locis:
Mandauere suis munus regale ministris,
Qui tribuant claris nomen equestre viris:
Et celebres ornent vates Daphneide lauro,
Dulce canens quorum labe Camœna caret
Roma Palatinos Comites hos nominat ipsos,
Tale quibus regnum munus obire licet.
Hos inter Comites, ego sum quoque nomen adeptus:
Aula Palatinum me Laterana vocat.
At, mihi si quisquam lauro donandus, haberi
Hic SCHOSSERE tibi candide debet honos.
Æquat enim celebres tua carmine Musa poëtas,
Quos vetus Augusti tempore Roma tulit.

Lenia ceu placido labuntur flumina curſu,
Conſita quæ blandis floribus arua ſecant:
Sic iucunda fluunt leni tua carmina ductu,
Et nihil in numeris aſperitatis habent.
Inſignique nitent cultu, referuntque ſonoros,
Naſo dedit quales ore canente, modos.
Ergò laurigeri quò vatis honore fruaris,
Cingo tuum lauri fronde virente caput.
Nec pudeat noſtro te munere ferre coronam:
Haud minus iſte meo munere creſcet honos,
Quàm ſi bellipotens eadem tibi ſerta dediſſet
CAROLVS, imperij qui moderatur opes.
Nanque ego iudicium de carmine carminis autor,
Belligero melius Cæſare ferre queo.
Præterea quo maior honos, & gloria maior,
Excitet ingenium, docte poëta, tuum:
Confero laurigero vati tibi nomen equeſtre,
Quicquid & ordo ſimul iuris equeſter habet.
Hinc tua poſteritas generoſa vocabitur omnis,
Eſt è legitimo ſi qua futura toro.
At quibus vtaris clarorum more virorum,
Hæc monumenta tuæ nobilitatis erunt;
Cæruleus clypeus: viridi galea aurea lauro,
Præcincta: in clypeo fortis imago viri.
Arma vir indutus fuluo cælata metallo
Stab t: is alatos debet habere pedes.
Falcatum dextra gladium, læuaque tenebit
Impexum torto Gorgonis angue caput.
Talia tradantur tibi cur inſignia quæris?
Inachidæ vatem regis imago decet.

Ille nisi anguicomæ secuisset colla Medusæ,
Ipse Medusæus non foret ortus equus.
Irrorare quibus soliti sunt ora poëtæ,
Pegaseas Helicon mons nec haberet aquas.
Te virtute sua Danaëius excitet heros:
Inflamment animos illius acta tuos.
Horrendam gladio confecit vt ille Medusam:
Sic te barbaries conficiente cadat.
Quod superest, istis insignibus vtere felix:
Lauriger ac titulum nobilitatis habe.

IN INSIGNIA ET SYMBOLVM

V. CL. D. Iohannis Postbij, Medici & poëtæ celeberrimi: Gregorius Bersmannus.

Omnia figmentis inuoluere docta vetustas,
Alatum finxit Bellerophontis equum.
Cuius percussu pedis emanauit in auras,
Qui sacra Pegasidum proluit ora liquor.
Scilicet ingenij vis hæc est, ocyor alis,
Cursibus & rapidis ocyor acris equi.
Pectora quæ vatum stimulis agitata calescunt,
Ac cœlo gaudent vberiore frui.
Quæ tua nunc etiam versat præcordia, Postbi,
Sublimemque sacro vertice tollit humo.
Vnde volante nitet clypeus tibi iure veredo,
Symbola quem cursus accelerare iubent.

IN EIVSDEM POSTHII VEREDVM,

Nathan Chytræus.

Quid ſibi vult cornu? quid eques, properante veredo?
Quid ſcriptum in clypei margine, Tolle moras?
Fallor? an ingenuum deſignant iſta poetam,
Quid cupiat Muſas labe carere ſuas?
Neſcit adulari vates bonus: acer idipſum,
Vel regem excutiens tergore, neſcit equus.
Cornicen in latebris cælari neſcit opacis:
Neſcit idem vatis non tumulanda chelys.
Vrget opus ſonipes, cœptisque laboribus inſtat:
Pergit & ad metam ſedula Muſa ſuam.
Scilicet iſta tuos, Poſthi clariſſime, mores,
Ingenijque notant vimque decusque tui.
Si felix, noſtrique nouum cape pignus amoris,
Iure etiam patrium propter amande ſolum.
Nam me vitiferos ſpectans Mencingia colles,
Te Germersheimium, non procul inde, tulit.
Sis felix, nec te quatiat, nec ſternat euntem,
Sed tuus optato tramite currat equus.

IN LILIA PAVLI MELISSI

Schedij, Franci: Nathan Chytræus.

Cur dederit Cæſar tibi lilia cana Meliſſe,
Quæ ferres clypeo conſpicienda, rogas?

Pabu-

Pabula sunt flores apibus, sunt gloria florum
Lilia, sunt culti lilia sidus agri.
Florilegas ergò inter apes cùm prima voceris,
Gutture de cuius millia nata mele:
Quid mage conueniens isto tibi flore dedisset?
O magnum arguti Cæsaris ingenium.

AD JOHANNEM SCHOSSE-
rum AE. clarorum virorum insignia celebrantem, Iohannes Posthius, Medicus & poeta laureatus.

Clarâ virûm celebrans doctorum insignia, vires
Ingenij ostendis, Iane diserte, tui.
Inque vicem, & meritò, passim laudaris ab illis,
Quos tu magnificis laudibus accumlas.
Nempe suo multis donat qui carmine vitam,
Multorum est numeris dignus & ille cani.

FINIS.

LXXVI.

Versuch*

Einiger gesammleten Nachrichten, elogiorum und judiciorum von Gelehrten, ihren Schrifften, berühmten Oertern, rc.

* Es wäre allerdings zu wünschen, daß jemand dergleichen *Loca fugitiua* blos aus den Vorreden, *Dedicationen* / Briefen / *Programmat.* u. a. solchen pieçes detachés, da man sie offt am wenigsten suchet, schicklich sammlete; es würde gewiß dergleichen Collection in der Historia Litteraria von nicht geringem Nutzen seyn! wer solte zum Exempel von dem weltberühmten u. gelehrten Nürnb. Patricio H. *Ge. Phil.* Harsdörffer / in der Vorrede des Neuen Teutsch und *Lat. Dictionarii*, gedruckt zu Basel 1675. in 8. etwas suchen? wenn es daselbst heisst: „Diesem allgemeinen und höchst-verderblichen Ubel nun (die deutsche Sprache mit fremden Wörtern zuverbudeln) hat der Höchste nach seinem sonder- und wunderbaren Raht und Willen im Jahr 1617. die „Ewig-Preißwürdige Gesellschafft der Frucht-„bringenden erwecket, und mitten unter dem Liech-„terlohe lernnenden Böhmisch-Teutschen Krieges-

Flam-

Flammen so gnädiglich erhalten u vermehret, daß „
dieser lieblichst-schönste Palmenbaum endlich in vol- „
leste Blüthe gerahten, u. die herrliche gewünschete „
Früchte getragen, deren wir jetziger Zeit nüzlichst „
geniessen. Unter diesen vortrefflichen Palmen-Zwei- „
gen hat sich sonderlich um die Teutsche Sprach wol „
verdient gemacht, der Hoch-Edle und nunmehr in „
GOtt seligst verschiedene Spielende Herr Georg „
Philip Harsdörffer / als welcher selbiger durch „
die schönesten Mitteln wiederum auf die Beine zu „
helffen getrachtet, indeme Er unverdrossenlich in „
Ubersetzung Französisch- Italienisch- Hispanisch- und „
Niederländischer Geschichten beschäfftiget gewesen, „
u. ihme also die heilsamen Pillen der reinen Mutter- „
Sprache unter den Goldgleichenden Lieblichkeiten „
der anmuthigsten Historien beyzubringen, darzu Er
sich dann der (meines wenigen Beduncken) bequem- „
lichsten, leichtesten und angenehmsten Red- u. Schreib- „
Art gebrauchet, welche am füglichsten gefasset wer- „
den kan, die der Teutschen Aussprache am nähesten „
kommet; wornach sich auch jeziger Zeit unsere be- „
sten Teutschen mehrentheils richten, weilen Ihnen „
sonderlich denen so dem Rhein nahe gelegen) des „
Hoch-Edlen Herrn Filip Zesens von Fürstenau, „
und etlicher Herrn Schwanen-Gesellschafftern „
Schreib-Art, vor einen Anfang, allzuschwer fal- „
len will. „

---

a.)

De operis de *disciplina Scholarium* uero autore, quod vulgo *Boethio* adscribitur.

Illud de *Disciplina Scholarium* opus per κιβδηλίαν suppositum fuisse disertissimo Scriptori,

vix quiſquam hodie dubitabit facile: ac ſunt in manibus, ea de re judicia hominum doctiſſimorum.* Verum & γνήσιον eius libri Auctorem, quando illum in hunc diem ignorari ab eruditis video, operae pretium fuerit fortaſſe hîc indicare. Nam quod a *Dionyſio Rikelio* Carthuſiano ſcriptus is liber fuiſſe dicitur ** nihil eſt, cum mentionem faciat *Vincentius Bellouacenſis* *** ſcriptor Dionyſium duobus ſeculis anteuertens: neque temerè inſimulatum velim Ecſtaticum Doctorem crimine falſi, à quo ille *Pſeudo-Boethius* abſolui non poteſt, quando ſtudioſe id egit, ut non alius, quàm *Boethius* videretur. Cauſam errori dedit, quod *Rikelius* eod. titulo, *de Diſciplina Scholarium*, volumen exarauit. Atqui diuerſum illud eſſe, verba initialia produnt, quae ap. *Trithemium* **** legere eſt. Ne diu moremur Lectorem, exſtat libellus *Autoritatum Ariſtotelis & aliorum Philoſophorum*, Coloniae in Chalcographeo Quenteliano, ſuperioris ſeculi nono anno impreſſus, in quo, ubi ad hoc opus *Boethii* peruentum eſt, diſertim haec admonentur, quae in aliis autoritatum iſtarum editionibus, quas quidem inſpicere nobis datum fuit, minimè legas: *Sequuntur Autoritates THOMAE BRABANTINI ex libro de INSTITUTIONE SCHO-*

* Glareani, Jul. Martiani Rotae, Murmellii, praef. & proleg in Boeth. Voſſ. de Poet Latin. p. 67.

** *Labb.* Tom. I. de *Script. Eccleſiaſt.* p. 206.

*** lib XXI. *Spec. Hiſt:* cap. 15.

**** *Catal. Script* Eccleſ. p. m. 148.

SCHOLASTICA praetitulato, quem humilitatis & maioris autoritatis causa BOETHIO ascripsit. Huius ergo Codicis fide illum Subdititium partum rescribemus inposterum germano suo parenti *Thomae Brabantino*, seu, ut aliàs vocatur, *Cantipratano*, quem ante annos admodum quadringentos floruisse constat. Humilitas, an arrogantia fuerit, quòd in alieni nominis celebritatem ille scripto furtim se induit, hic non disputo.

E *Prodrammate*, quo *Lectiones Professorum Lipsiens.* publicae promulgebantur, p. p. a. d. 4. Maii 1662. in 4. impress.

b.)

Prima omnium Constitutio Imperii Teutonia L. scripta.

Qui id dant operam, ut explicatum reddant, quo tempore *prima omnium Constitutio Imperii Teutonica lingua* scripta sit, difficili in re atque causa versantur. Nec ipse habeo, quid certo quidem de isto argumento scribam, nisi quod An. 1236. *tabularum Germanico sermone scriptarum* vestigium reperi. Eas autem veras esse, multis indiciis perspexi, inprimis eo me adduxit Auctoritas *Godefridi Monachi*, cuius Studium atque industriam, pro eo ac debeo, in historia XIII. Seculi collaudo, &, si tibi vacat, annum demonstro, qui supra millesimum ducentesimum sextus & trigesimus agebatur, cum, magno linguae Germa-

Germanicae ornamento *prima Constitutio Germanicè* ederetur. Id vero mihi facile risum excitat, quod quidam existimant, *Rudolphum Habspurgium*, qui & *Rufus* cognominatur, cuius virtute ac diligentia multa recte atque utiliter constituta sunt, edicto sanxisse, ut in conficiendis Imperii tabulis & formulis publicis tantum linguae Germanicae usus esset: qnod praeter verum asseritur, & nullo sufficienti testimonio comprobatur, licet ita videatur viris ingenio ac doctrina exquisita, *Jo. Aventino*, *Martino Crusio*, *Christ. Lehmanno*, *Cyriaco Spangenbergio*, demum *Goldasto* ipsimet. Nullus sane scriptor est Rudolpho aequalis, qui tale prodidit, nec Diploma superest fide dignum, neque Curiae Rudolphi congruens. *Limnaeus* ita timide loquitur, ut non immerito de eius Veritate dubitasse videatur. Vt propterea talis lex aut nunq. edita fuerit, aut fatendum sit, deperditam fuisse.

C. S. SCHURZFLEISCH. in Epistol. p. m. 28. seq.

c.)

De *Collectionibus Canonum Biblioth. Helmstad.*

In Biblioth. nostra Acad. tres antiquissimi Codices membranacei supersunt, praeter Criscoconiam, Collectionis Canonum. Uni inscripsit

Fla-

Flacius : *Decreta Pontificum* : alteri, *Diuersa Decreta Pontificum* : Tertio *Anacleti Papae Decreta* ; omnes enim quondam possedit Flacius. Primus continet tumultuariam variorum Canonum collectionem videturque conscriptus Ottone M. Imperante praeter propter. Sub finem enim ita legitur : *Nomina Pontificum, qui ab ipso Principe Apostolorum S. R. E. praefuerunt usque ad miserum Benedictum exilio relegatum in Oceani littore.* Continentur etiam hic Acta Synodi Romanae Joannis XII. aduersus Leonem Papam. Ut non obscure pateat, collectorem Joannis illius & Benedicti partibus fuisse deditum. Habentur ibidem & *Acta Stephani Papae Synodi Romanae contra Constantinum Antipapam*, ut & *Relatio missorum Adriani Papae in Angliam* A. 768. Reliqua sunt exigui momenti. *Alter* multo est recentior, Seculi forte XII. foetus, sed itidem anonymus. Constat autem duplici Collectione Canonum alterâ ex Epistolis Pontificum Isidorianae foecis aliisque usque ad Urbanum II. desumptâ, alterâ ex Canonibus Conciliorum primò Generalium mox Prouincialium, quorum ultimum est Hispalense adeoque itidem ab Isidoro accepta. Illum locum hisce uerbis claudit Auctor: *Hactenus de Corpore Canonum* : *ea quae sequntur aut sententiae sunt orthodoxorum Patrum, aut leges Catholicorum Regum, aut Synodicae sententiae Gallicanorum aut Germanorum Pontificum.* Sequuntur deinceps sententiae illae, per multos titulos, quorum ultimus inscribitur

de

de *causis laicorum*, digestae. Earum nonnullae autem desumptae sunt ex Institutis, Pandectis, Codice & novellis Justinianeis: atque ita Lotharii Caesaris aevum produnt. *Tertius Codex* constat libris VIII. Decretorum. Estque fortassis Panormia, quae Juonis Carnotensis nomine audit: non enim contuli. Ultimus tamen liber octauus habet duntaxat undecim Capitula: nec occurrunt nomina Pontificum recentiora Paschalis secundi. Habemus praeterea *Epitomen Canonum Graecam Harmenopuli*, κλῆμα olim Leonclauii: adeopue illud ipsum exemplar, unde in Tomum I. Juris Graeco-Romani libellus ille transiit.

HERM. CONRINGIUS in Epistolarum Syntagm. altero, p. 60. sq.

d.)

Georgius Episcopus Mersburgensis, *Princeps de Anhalt.* Praepositus Magdenburgensis, Comes Ascaniae & Dominus in Bernborch.

Tu non ut uulgus potentium Præsulum ludendo alea, indulgendo luxui & libidini, aut turpiter ociando, tempus consumis, sed quicquid ocii ac temporis tibi ab administratione Ecclesiastica reliquum est, id aut rectissimis studiis, aut Sacris meditationibus, aut amicorum utilitatibus & commodis tribuis, - - - - maximam temporis

poris Sacrarum literarum lectioni, & Ecclesiæ, cui praees amplissimae, administrationi impendis, dasque operam, ut in tuo Episcopatu, omnia non solum secundum humanas leges recte atque ordine, sed etiam secundum diuinas, praecipue ea quae ad religionem, cultumqua Dei pertinent, pie sancteque gerantur. - - - - Quis Historiarum peritus, ignorat te inter Germanos antiquissima nobilissimaque stirpe ortum esse. Ante annos enim circiter quadringentos maximus Imperator Fridericus Barbarossa, cum dignitatem Electurae Saxonicae, familia Brunsuicensi ademptam, alii generosae familiae delaturus esset, maiores tuos potissimum delegit, quos tanta gloria & amplitudine conditionis atque Status condecoraret. Sunt praeterea tui agnati & gentiles summa cum laude functi aliquandiu Electura Brandenburgensi, sed Saxonicam Electuram à temporibus Barbarossae, usque ad aetatem Sigismundi Imp. ad trecentos annos laudabiliter magnificeque gesserunt, eaque de caussa tua familia hodie in Germania inter generosissimas numeratur, & principatu amplo, Comitatibus que & Toparchiis magnis floret, & summam pietatis, iustitiae, moderationis, prudentiae laudem habet. Tua tamen R. C. ueluti praestantior Surculus, ex tam generoso germine prodiisse uidetur. Primum enim purum syncerumque uerbum Dei, omnibus rebus quas mundus admiratur, tanquam uilibus per se & caducis, infinitis partibus anteponis, adeoque Christiano animo & uera pieta-

te

te id colis ac diligis, ut quod alios magnos Praesules facere pudet, qui tamen ociosi, supini, ac Stertentes, prouentibus Ecclesiarum saginari non dedignantur, tu tibi summi honoris loco ducas, sicut reuera summus honor est, & praeclarum munus, ut de meritis Christi & regno, deque uitiis miseriaque generis humani interdum concioneris. Neque enim (ut inquit Paulus) te pudet Euangelii Christi: propterea singulari ac diuino instinctu a Mysiis insigni Episcopatui Mersburgensi administrando praefectus es, summa omnium piorum hominum laetitia & gratulatione. Hunc Episcopatum T. R. C. ea pietate, continentia, moderatione, prudentia, industriaque gerit, ut ab hominibus doctis cum ueteribus Episcopis, ut Spiridione, Hilario, Theophylacto, Augustino, uiris doctis, probis, metuentibus Dei, optimo iure comparetur &c.

Ita *Joa. Busmannus*, Vittemb. A. 1546. in Dedicat. ad Reuerendiss. nobilissimumque Dn. Dn. *Georgium* Episc. Merseb. *Princ. Anhaltin. praefixa Regimini Sanitatis* Regi Angliae olim *a Schola Salernitana* dedicato, Rhythmis German. illustr. ed. Lips. 1552. in 8.

e.)

Theologi antiqui Tigurini.

Posteaquam *Tiguri* literas uere sacras cum humanis, non procacibus istis atque petulcis, sed puris,

puris, melioribus ac honeſtia iungere conſtitutum eſſet, optime lector, ſic illas tractauimus, ut latine aliquousque præeatur. Mox Hebraicus interpres, qui pridem *Ceporinus* erat, nunc *Pellicanus* eſt (notior, quam ut hoc Epiſtolio debeat commendari) quod recitatum eſt ex Hebræorum fontibus, exponat. Hinc Græcam ſiue ſeptuaginta ſiue ſeptem milium interprætationem ſecundus uel Propheta uel interpres conſerat, qua nos hactenus ſumus functi prouincia. Poſtremo, quæ tam ex Hebraicis quam Græcanicis prodita ſunt uenis, quas partes *Leo* noſter frequentius nonnunquam uero *Megander** geſſit: moti ſunt nonnulli, ut quæ iam à nb. quam aliis dicerentur, etiamſi minime dictarentur, indefeſſa comportarent opera. Cumque multi, qui guſtum eius rei coepiſſent, alius alium ſint inhortati, ut annotatorum copia eis fieret, ſic conuenerunt *Leo* & *Megander*: acceſſit autem ſimul Chalcographi ſuggeſtio, ut quæ uterque pro ſua uirili è medio ſermonis curriculo rapuiſſet, in unum aceruum confunderent. Cumque ad caput Geneſis quintum ueniſſent, quæ ante annum tractata nobis eſt, obtulerunt experiundi gratia quod parturiebant. Viſi ſunt ergo plus adſequuti quam calamo poſſit: diligentia

X uero

* In meinem Exemplar ſtehen bei dem Wort *Megander*, folg. alt. geſchriebene Worte: *Caſpar Megander Tiguri natus, Simia olim Zuinglii creditus, homo intolerabiliter faſtuoſus: in bonis libris & diſciplinis non tam eruditus, quam & te iam alioque temerarius. Petrus Conzenus R. Berna. ann. 38.*

uero non tam ſibi quam aliis conſulere uoluiſſe. Conſuſtus itaque adſenſus ſum, ut quæ apes imitati, ſedulo congeſſiſſent, aliis quoque communicarent.

Huldrychus Zvinglius, in præfat. Farragini Annotatt. in Geneſim, ex ore H. Zuinglii per Leonem Judæ & Caſparem Megandrum exceptarum, Tiguri 1527. in 8, ed. præfixâ.

f.)

Von Heilbronn.

Jo. Harprechtus JC. in *Epiſtolâ Dedicat.* ad *Conſules, Praetorem & Senatores* inclytae Imp. *Reip. Hailbruunenſis, Tomo III. Opp.* praemiſſ.

Inter eos, quos olim habuiſtis *Conſiliarios*, eminent imprimis, praeter alios, Dn. *Samuel Hornmoldus*, JC. ſolertiſſimus, *Sebaſtiani* JCti, Com. Palat. Caeſarei, & Poëtae nobilis *Parens*; & genuinus ille Sanctae Themidis pullus D. *Feirabendius*, nec non antiquae probitatis & integritatis uiuum exemplum, Dn. *Caſparus Heuchelius*, Sereniſſ. quondam Neoburgici Ducis Procancellarius. Hoc autem tempore (1629.) egregiam ſuam in conſulendo fidem, & experientiam ſingularem uobis approbant Dn. *Ge. Spitzerus*, Competitor quondam meus dilectiſſimus, & Dn. *Bernhardus Planerus*; ambo JCti praeclariſſimi, Amici mei perpetim colendi; in tantum vero etiam

iam laudandi, in quantum ipſa iuſtitia, integritas & ſolertia intelligi poteſt. Hi veſtra tam felici dexteritate expediunt negotia: ut in medio hoc rerum turbine Ciuitas ueſtra nullorum murorum uideatur indigere firmitate: quamuis & eos habeat munitiſſimos, & vel cuiuis hoſti non contemnendos. Illa enim Ciuitas tuta eſt: illa nullis indiget propugnaculis, quam Sapientiâ ſuâ & integritate muniunt Conſules ſagaciſſimi, Senatores prudentiſſimi, Conſiliarii perſpicaciſſimi, Ciues ornatiſſimi, & religionis orthodoxae, fideique Germanae tenaciſſimi. Quod ipſum aliquando praeclarè demonſtrauit, excellentiſſ. memoriae, Princeps *Ludouicus Ferreus*, Thur. Landgravius: qui cùm (referente Matthaeo Dreſſero) pulcherrimam ſpatioſiſſimamque *Numburgi* extruxiſſet *Arcem*; eius fama Caeſarem Fridericum, affinitate, ſibi coniunctum, euocauit. Hic cum magnanimus Caeſar diligentiſſime Arcem contemplaretur, & ipſius Symmetriae Structuraeque artificium examinaret: eam ſummopere commendauit, nihilque niſi muros deſiderauit. Cui reſpondit Landgrauius: de muro, Domine, minime eſt, cur ſim ſolicitus, utpote qui admaranda celeritate conſtructus dari poſſe videntur. Negante vero Caeſare, tot dierum opus tam ſubito expediri; regeſſit Landgrauius, intra triduum murum ſore omnibus numeris abſolutum. Igitur, inſcio Caeſare, omnes ſuos ſubditos, Vaſallos, Comites. Barones, nobileſque magno numero conuocauit, iſtamque circa Ar-

cem probe armatos collocauit : & dehinc ad Caesarem conuersus, en ! tibi, inquit, Auguste Imperator, muros hosce verè munitissimos, utpote fidelitate erga Magistratum & iustitiam erga subditos pulchrè solidatos, firmatos & erectos.

g.)

Hallenses.

Constat toti Germanicæ quanto desiderio, quam ardenti zelo, qua constantia maiores vestri sub initium restitutæ lucis Euangelii, cum adhuc Romani Antichristi tyrannis vigeret, doctrinam Euangelii sint amplexi. Non enim dubitarunt maiores & antecessores vestri, & facultates & vitam ipsam in summum discrimen abducere, ut & ipsi fruerentur luce Euangelii : & ab idolis & blasphemiis Romani Antichristi liberarentur : & vt ciuibus vestræ fidei commendatis beneficia Mediatoris J. C. iuxta doctrinam prophetarum & apostolorum explicarentur. Sanctæ memoriæ *Mart. Lutherus* electum Dei organum semper magnifecit nobilem *Ecclesiam Hallensem* : ac eius Zelum & pietatem prædicauit. Cum reditus Ecclesiastici occupati essent à Satellitibus Antichristi, inclytus Senatus Hallensis ex fisco maluit alere celebrem Theologiæ Doctorem, & insignem Lutheri collegam in magnis certaminibus Do. D. *Justum Jonam*, quàm carere luce Euangelii, & cognitione Mediatoris. Neque

obscura

obſcura præſentiæ ſuæ indicia edidit apud vos ipſe æternus & omnipotens Deus: dum & aduerſarios veritatis diuinitus repreſſit & deleuit. Inſignia enim exempla iudicii diuini veſtra ciuitas ſuppeditare poteſt: & celebres & eruditos veſtræ Eccleſiæ dedit doctores: & Eccleſiam atque Remp. veſtram tempore alieniſſimo & periculoſiſſimo clementer defendit, & tutatus eſt. *&c.*

E *Tilemani Heshuſii Dedicat.* ad Dnn. Conſules & Senatores Reip. quae eſt in Salinis Saxonicis, *Comment. in 1. Ep. P. ad Timoth. præfixâ*, ed Helmæſt. 1586. in 8.

h.)

Lüneburg.

Inclyta & celeberrima *Lunaeburga* Saxoniæ, quæ annis iam amplius XXXIX. doctrinam Euangelii ſemel ſuſceptam diuina bonitate, incorruptam ita conſeruauit, ut toto hoc tempore de nullo Chriſtianæ doctrinæ articulo diſceptatio in ea orta, & inſtituta fuerit, ſed iuxta *Lutheri, Crucigeri, Pomerani*, *Phil. Melanthonis* noſtrum omnium Præceptoris obſeruandiſſimi, & Eccleſiæ Witenbergenſis ſententiam & explicationes miniſtri Euangelii docuerint omnia, & ſumma concordia inter docentes & pax ſuauiſſima & laudabilis inter inclytum Senatum & ciues optimos & pacificos fuerit. Doctoribus autem & Eccleſiæ & Scholæ liberaliter ſalaria & διδακτρα contule-

tulerit inclytus & munificus Senatus, atque ante biennium clariss. virum D. M. *Albertum Lenicerum* præstantem, singulari virtute doctrina & pietate, docendique & instituendi feliciter iuuentutem, scientia, cum vir doctus, pius & syncerus M. *Joa. Bathelius* Cosfeldianus, Senio iam & laboribus Scholasticis diuturnis confectus, labores gubernationis Scholasticæ diutius sustinere non posset, successorem ei vocauerit, & nunc scholam laudabili salarii seu διδάκτρου additamento auxerit, ut vere inclytus Senatus, patricii & ciues omnes nutriti Ecclesiæ filii Dei & Scholarum, ad omnem posteritatem dici & celebrari mereantur. Ego adhuc in Scholastica quasi palæstra & Statione militari προσκαλτέρῳ consisto, & maneo, & quicquid ætatis & virium mihi sexagenario iam ex diuina clementia superfuturus est, hîc totum consumere & impendere decreui, sicut iam vltra annos XXX. qua potui fide & diligentia pueritiam in hac inclyta & celeberrima ciuitate, cum collegis dilectis & viris reuerendis, hanc Scholam puerilem docui. Aliquot etiam opuscula puerilia inter labores scholasticos priuata & domestica opera collecta in lucem edidi, in gratiam & vsum puerilium scholarum, &c.

Luc. Lossius in praefat. Enarrat. Psalmorum, ed. Francof. 1570. in fol. praem.

i.)

Rotenburg an der Tauber.

Diese meine Wochen-Predigten Ihnen zuzuschrei-

zuschreiben, hat mich zuförderst bewogen, die nachbarliche u. in Christo dem HErrn recht brüderlich Correspondenz der Ihnen, zu treuer pfleg und schuz anbefohlenen Kirchen in der Stadgebiet u. Landwehr, mit den Brandenburgischen dieses löbl. Fürstenthums (Onolzbach,) so wol an der Lehr u. reinen Religions Bekentnis in allen u. jeden Articuln, als in den Ceremonien: davon einsten das Werck selbst auch die jährl. Visitationes, zumal aber dero erstmals, in A. 1559. in Truck publicirte, u. jüngsthin in A. 1611. wiederum auffgelegte Kirchen-Ordnung (die sich auff die A. Confess. u. Formulam Concordiæ, auch auff die benachbarte, d. i. Brandenb. Kirchen-Ordnung austrücklich referirt, die auch biß auff gegenwertige Stund, in steter Ubung, bevorab des Catechismi D. Lutheri, in der Stadt u. auff dem Land, mit reinem u. löblichem Eifer gehandhabet wird) neben vertraulicher Communicanten gegen die Unserigen in Religions-Sachen, kündliches Zeugnis gibt. Es ist aber sonderlich auch diß mit zugeschlagen, nach dem E. E. F. W. in ihrer Heuptkirchen zu S. Jacob, vor guter Zeit, zu unterschiedl. Jahren nach einander IV. alte in den Neben-Capellen gestandene überflüssige Altär ohn einiges jemaln vermerktes ärgernis zu dem Ende hinweg gereumt, damit die Zuhörer göttl. Worts bequeme Stând u. Stühl haben können, aber derselben noch nicht gnug gewesen, sondern ihrenthalben noch vielfältige

Klagen u. Anlauffens von Manns u. Weibs-personen vorgangen, u. man derentwegen widerum bedacht und gewollet gewesen, die andern noch übrige, auch unnöthige u. schlechte IV. Neben Altär oder blose steinerne Tisch (da weder Bildnissen noch Gemählde, oder etwas anders mehr darauff stehet, noch gestanden) gleicherweiß hinweg zu räumen, und an derselben statt (jedoch in allweg der grossen 2. Heupt-Altär oben in Chor u. mitten in der Kirchen, daran die Actus Sacri verrichtet werden, ganz unverrückt) gleicher Gestalt etliche ordentliche Stånd u. Stühl einzubauen, auch zum Vberflus u. Verhütung alles Argwohns oder mißverstands, die Christl. Gemein von dergleichen Mitteldingen u. derselben Gebrauch oder Abschaffung, durch eine öffentl. Sonntags-Predigt zuvor unterrichtet worden; Daß dannoch, leider! das fliegende u. gemeinigl. darbey lügende Geschrey einen bösen, doch unverschulden Argwohn ausgesprengt: als sollte solch wolgemeintes u. nůzlichs, auch allen Vmstånden nach, zugelassenes und löblichs Vorhaben, eine heiml. Neigung zu der Sacramentarischen Religion auff sich tragen etc. - - - - Es ist auch solches eben dem jenigen gemåß, wessen das E. Ministerium in A. 1604. (als E. E. F. W. einen neuen, mit allerley schönen geistl. Figuren, Bildern u. historien des A. u. N. Testaments gezierten Predigstuhl in ihrer Pfarrk. auffgerichtet, und derselben Bedeutungen in

einer

einer öffentl. darauff gehaltenen u. hernach in Truck *publicirten* Predigt erkläret worden) unter andern sich erbotten, bekannt u. versprochen, daß sie bey dem reinen unverfälschten Wort GOttes, u. 3. Heupt-Symbolis, auch bey der rechten A. Confess. u. des darauff gefolgten Apologia u. F. C. mit Gottes hülffe standhafftig gedencken zu verharren, etc.

Jo. Meelführer, Abt im Closter Heilsbronn, in der *Dedicat.* an Bürgemeister und Rath des H. Reichsstadt Rotenberg uff der Tauber, seiner Erklärung oder Predd. über das *XIV. cap. Rom. A.* 1616. in 8. zu Leipz. ed. praemittirt.

LXXVII.

Von Gasp. Scioppii ungemein raren Disputation, die er zu Altdorff gehalten. Sie führet folgenden Tit.

Theses de Iniuriis. Eas *Praeside* V. CL. *Conrado Rittershusio* Jurisc. & Antecessore, præceptore suo carissimo, in Academiâ Altdorfinâ Disputando pro virili sua tueri conabitur *Gasper Schoppius* Francus. Noribergæ e typographeio Paulli Kaufmanni. Anno MDIIIC. in 4.

Sie bestehet aus LX. Thesibus und IV. capp. in deren 1) gewiesen wird *quid sit iniuria;* 2.) *in quas species tribuatur;* 3.) handelt *de personis eorum, qui iniuriam faciunt qui patiuntur;* 4.) *quibus modis tollatur;* 5.) *de actione iniuriae,* & 6.) *de poena eiusd.* Ich führe aber diese raren *Theses* blos um deswillen an, weil er solche seinem Vater, als von wechem so viel widriges, unrichtiges und ungewisses hin und wider erzehlet wird, *dedicirt* hat. Ich will daher diese Dedication, indem

dem sie in vielen Stücken ein grosses Licht giebt, in gratiam Lect. hier gantz ansetzen. Sie lautet aber also:

GASP. SCHOPPIO, PATRI SVO EXPRÆFECTO IN DRESSWITZ ET CAPITANEO, ARCHIPALATINO,

S.

QVamquam jam diu factum est, Pater carissime, quòd aliquod tibi mei in Iuris civilis studio, quod adhuc tamquam parergon habui, progressus specimen promisi; tamen non tam mea voluntas, quam ad tuam, ita ut filium probè & liberaliter eductum æquum est, semper conformavi, quàm ipse studiis istius Legitimi rigor & asperitas, Philologici autem jucunditas & amœnitas promissum illud munus differre me subegit; ut taceam interim quinque illos Suspectarum lectionum libros, brevissimo temporis spatio à me perfectos & absolutos. Servii quoque Grammaticorum doctissimi Commentaria in I. & II. Æneidos Virgiliana, quæ nunc triplo locupletiora & emendatiora, quàm umquam edita fuerint, meâ curâ ad prælum adornari desiderant, non minimum certè negotii mihi ex se pepererunt. Sed rebus tandem relictis majorem tuæ voluntatis,

quam

quàm mearum occupationum, rationem habendam existimavi. Siquidem mihi decretum est, ut vel omnes meas cogitationes, omnia dicta & facta eò ex summis opibus & industriis semper conferam, ut tibi placeam, numquam me tamen, quæ tua sunt plusquam paterna in me bene promerita, aliud quicquam consecuturum, nisi ne non ingrata & irrita tua beneficia habuisse videar. Præter enim quòd ipsum, quod Euripides *liberis honorificum* autumat, *ut ex bono & honesto patre progeniti dicantur*, mihi honorificentissimum est, eoque ego præter ceteros verissimè gloriari possum: vel hoc quanti æstimandum fuerit. quòd à prima statim ætate optimis me artibus veroque DEI cultu imbuendum in scholas ablegasti, & inde jam adultiorem iis pariter moribus, quibus tu, moratum esse docuisti. Quos ego dum studiosè imitari cupio, mecumque semper illud Euripidæum cogito:

Δὸς τὴν χάριν μοι τήνδε καὶ μιμοῦ τρόπους
Πατρὸς δικαίου παισὶ γὰρ κλέος τόδε
Κάλλιστον, ὅστις ἐκ πατρὸς χρηστοῦ γεγὼς,
Ἐις ταυτὸν ἦλθε τοῖς τεκοῦσι τοὺς τρόπους.

non minus multos ea re, quam tu habes, mortales advorsos experior. quotusquisque enim est hoc malorum civium proventu, qui bonus esse, quàm videri, malit: qui omnem laborum suorum fructum potiùs in conscientiâ suâ, quàm

quàm turpi lucro & aliorum ſermonibus ponat; qui rerum ſuarum ſuique officii ſatagens, pòſt laborem otium, poſt duritiam pergræcationes, amationes & voluptates fœdas habeat? Quo magis nebulonum quorundam perverſitatem miror, qui cùm mirumquantum ſapere, nec ſibi ſolùm, videantur, inopiam amicorum mihi exprobrare audent. Quid mirum tamdem, ſi, cùm amicitiam omnes ex morum ſtudiorumque ſimilitudine naſci exiſtimant, inter me quoque & pleroſque omnes immane quantum diſcrepat, pauciſſimos mihi amicos paravi? Nam ego quidem (quod de ſe Amicitia apud Cyrum Theodorum referente Stobæo prædicat)

Ἐναρτίας πέφευγα κακίας δύο,
Τὴν ὑπόκρισιν τόντε πέρπερον τρόπον.

nec umquam animum inducere poſſum, ut vias parandorum amicorum noſtris hominibus uſitatas inſiſtam, & vel delirum aliquem & curioſum ſenem adorem, vel veſanum & cerebroſum adoleſcentem blandis verbis demulceam. Adulationes enim ab animo generoſo & virtutis patritæ atque avitæ æmulo ſemper alieniſſimas eſſe debere arbitratus ſum. Iam autem frequentes iſtas adoleſcentibus compotationes ut fugiam, ſuadere mihi poteſt præter Menandri ſcitum, *Penu virtutis eſſe temperantiam, quodq; merum copioſum parum cogat ſapere*, vel valetudinis ratio, quam mihi poſt volnus à vigilibus

Ingel-

Ingelſtadinis, impunè iſtic in ſtudioſos graſſantibus & tantùm non latrocinantibus, nullo meo merito *ipſius Rectoris confeſſione*, inflictum eſt, diligenter cordi habeo: vel conſilium quod à meis præceptoribus neglectus, & ceteroquin ingenio, non nimis docili præditus jam olim cepi, de ſtudiis ſolidum diem ab usque mane ad veſperam ſine ullo potu & cibo naviter perſequendis: vel cura denique, quam in majoribus meis imitandis ponere decrevi. Sæpius tu mihi, pater, ob oculos PROAVUM poſuiſti, eumque ut vita mea referrem graviter adhortatus es. Qui olim vitæ morumque ſanctimonia, frugalitate, rigore & duritia (quæ iſtius ſæculi felicitas erat) omnibus ſe facile adprobavit, & ita ſiccè ſobrieque vixit, ut ævum ſuum ad *centum & decem* annos extenderit: nullo interim morbo tentatus & viribus vegetis, certè adeò non imbecillis, ut vel centenarius animi & exercitii gratia tantum ſpatii, quantum ſex ipſa Germanica milliaria conficerent, unâ die ambulando obiret. Cuius CONJUX ſimiliter (qua cum tot annos in conjugio fecit, quot vix in hiſtoricis reperias) *centeſimo* demum & *quinto* ætatis anno diem ſuum obiit. Sed neque hæc ſola ſunt ex familia noſtra continentiæ & virtutis, ac proinde raræ longævitatis exempla, poſſemque nimio plura, niſi jam plurimis de iis conſtaret, in medium adferre. Aliis itaque qui pro divinitate & facilitate ingenii ſui, ad quę ego impenſo labore meo & indefeſſo ſtudio

dio adſpiro, nihil agendo vel comiſſando conſequuntur, per me quidem potare plurimosque ſibi hac comitate ſua amicos parare licet: dum mihi viciſſim hoc non ægrè largiantur, ut quam illi ex cauponis, ego ex laboribus voluptatem capiam, & laudem continentiæ, ut ego voco; ut illi, moroſitatis, à majoribus meis acceptam & in me transmiſſam ſtudioſè conſervem. Non enim ſi neſcio qua fati iniquitate eorum nomen amiſimus, familia excidimus, illis me indignum nepotem præſtabo; & ſi aliquando (quod fortè non procul abeſt) superûm voluntate ad plures hinc mihi migrandum erit, hanc mecum feram ad proavum meum conſcientiam, quod ſi non potui fato obſtante conſequi, ad eius certè ætatem procedere conatus fuerim. Atque ut porrò etiam glorier (nec enim de ingenii ſolertia & ἀγχινοίᾳ hîc ago, cuius laudem ſi mihi adrogem & mentiar & invidiam aliorum meritò in me conciliem: ſed de aliis, de quibus Theoctiſto auctore gloriari licet) ſic me denique comparavi, ut præterhac illos Lucillii verſus, qui à Lactantio lib 6. cap. 5. laudantur, vitæ regulam mihi habere velim:

Virtus id dare, quod reipſa debetur honori;
Hoſtem eſſe atque inimicum hominum morumque malorum,
Contra defenſorem hominum morumque bonorum:

Magni-

Magnificare hos, his bene velle, his vivere amicum,
Commoda præterea patriæ sibi prima putare,
Deinde parentum, ttertia jam postremaque nostra.

Semperque id agere, quod mimus præcipit, ne quis meo me merito oderit, & Cyrus Theodorus apud Stobæum: φθονῦσι μὴ φθονεῖν, τὺς δὲ βασκαίνοντας ἀγαπᾶν. quamvis autem in nupero meo Verisimilium libello in unum atque alterum, nec tamen immerentem, paullò invectus fuerim liberiùs, omnis tamen jam calor iste hinc abivit, velimque posthac bonæ frugi Christianum, quantum potero, me exhibere, & sic in scriptis meis temperare, ne quisquam quod meritò mihi irascatur inveniat. Vti nec isti nunc inciviliter succenseo, qui nuper epistola se maximè dignâ in me & te adeò famamque nostram impudenter & prorsus rabie in quemvis virum se meliorem & doctiorem efferata grassatus est: cui etiam, de se si creditur ipsi, præclaras illas emendationes in Verisimilibus à me divolgatas suffuratus fui. O dii! quàm non doleo, mihi à tanto viro invideri; siquidem verum, quod Publicus dictat: *Invidiam ferre aut fortis aut felix potest.* Et Dionysius: ἀεὶ τὰ σεμνὰ πάντα κέκτηται φθόνον. Reperit unam alteramque in libro illo leviculam observationem (quæ non ingenii, sed laboris

boris res eſt) quam ipſe quoque ut vir in ſtudio hoc non minùs, quàm aliis omnibus excellens, antè in ſuis Adverſariis notaverat. Eam itaque improbo quodam plagio ipſi ſurrupui. Quid ego ſenex doctiſſime facinus ex te audio? Egon' *quem meorum minimè pœnitet* tua tibi ſurrupui? quo argumento? an quia jam olim hæc tibi notaveras, mecumque ut ſoles, ſi dis placet, communicaveras? Improbè hercle factum! quis negat? ſed tanta tamen ira tua indignum: niſi fortè, quia pauperis eſt numerare pecus, eorum meminiſti faciliùs, quæ mihi credidiſti. Sed bene habet (ut Franciſcus Modius noſter inquit) quòd NEMO CREDIT, & illud Ariſtippi mecum ruminos: *Penes te eſt maledicere, penes me autem bene audire.* Doctorem IGNATIUM HANNIELEM, amicum communem, virumque tuo judicio & meo gravem & eruditum teſtor, me pleraque illa, niſi quæ manuſcriptis, nullius autem acumini debentur, in meis Veriſimilibus (quod exemplum etiamnum ſervo) perſcripta habuiſſe, antequàm multa tecum locutus fui. Et verò quæ cottidiè apud me naſcuntur emendationes, quarum mihi RITTERSHUSIUS Clariſſ. amicus tibi unus omnium certiſſimus teſtis eſſe poteſt, facile à me crimen falſi & partus ſubdititii amoliri poſſunt, & docere, mei parentis eſſe filias, quas tu tibi plagio ſurruptas injurioſè quiritas & velut Euclio aula amiſſa DEOS hominesque teſtaris; niſi fortè quæ cras com-

 miniſcar

miniſcar ante biennium tibi ſurripui. Poſſim etiam, ne quid de te dicam, qui me, cum ſtarem apud te incolumis, in literis tuis modò dicto amico tuo adoleſcentem (facie velata hæc profero) AD SVMMA QVAEQVE NATVM, neſcio quo errore, prædicaſti, plurium celeberrimorum virorum unica de me elogia proferre; modeſtiæ tamen cauſſa nihil heic dicam inſolentius, niſi ſtudia & labores meos viris ad eruditionem tui ſimilibus nequaquam diſplicere. Etſi autem iis à te contumeliis impetitus ſum, tuæque literæ, quas ad amicum, quem ſcimus quanti tu aliàs facere ſoleas, miſiſti, in plurimorum & meas denique manus pervenerunt; nihil tamen tibi à me periculi metuendum eſt. Ego enim & multa ex te, quamvis inſcio & invito, didici, & hoc ſupplicii ſatis mihi puto, quòd non parum hoc imprudenti facto tuo de exiſtimatione tua deceſſit. Non erat certè vel ætatis tuæ, qui jam pæne es depontanus & ſexagenarius, vel dignitatis, in quam collocatus es, me hominem adoleſcentem ad certamen maledicendi provocare, *in quo* (velut Petronius tuus teſtatur) *ſemper qui vincit, vincitur.* quare victoriam tuam eſſe volo, meumque facio illud Lucillii: *Nolito tibi maledicere poſſe putare.* Sed verendum tamen videtur, ne ſi ſic in meam & quorumvis famam tui oblitus graſſari perrexeris, alius quidam, quem injuriæ mihi factæ & contumeliæ tuæ magis, quàm me ipſũ commovent, ad mei defenſionem accingar, &

omnia

omnia, quæ multi viri docti tibi convitia in libris suis dixerunt, in unum corpus colligat, & dicta tua & facta adscriptis testibus idoneis evolget; quod sanè tua caussa nolim: ne fortè non tui solum fautores tibi alienentur, sed alii quoque Principes & *Nobilitas Germanica, præsertim Francica*, plusquam Vatiniano odio in te exaspe-retur. Sed hæc à me, qui malivolûm clamores facilè contemno, nimia sunt: quare ad te, pater humanissimè revortor, qui caussam, qua paucos mihi amicos fecerim, facilè intellegis, non esse quam quidam dicunt, quibus exsurgente qualicumque nominis mei fama oculi dolent, fastum aliquem & superbiam, qui non nisi barbaris paullò me interdum confidentius oppono, nam quôd nimiam illi in me ambitionem carpunt, vellem eos paullò mecum agere mitiùs & circumspectiùs. Ego sicut honorum desiderio minime adficior, nec aliis suam bene partam gloriam præreptum eo, de meis quoque operibus modestissime & loquor & existimo, ita laudis ardore vehementer me flagrare profiteor. Sed hæc scilicet mea est ambitio, quod eò labores meos, dixissem ferè asininos, certè impensissimos confero, ut tam doctrina, quàm morum rectitudine plerisque antecellam, eiusque studii laudem apud omnes obtineam. quod si nunc quispiam tantam laudis in me sitim reprehendit, eum & laboribus quibus laudem promereri conor, ipsique adeo virtuti meæ inimicum esse oportet. Et his autem moribus tantum abest, ut nullos planè ami-

cos mihi pepererim, ut contrariò gloriari ausim. eos me variis locis habere, quos ad me artissimè diligendum non nisi idem illud laudis & honestatis studium impulerit. Nominare hîc mihi honoris caussâ liceat, PHILIPPUM GULIELMUM à BERNSAU, Dominum in Hardemberg, IOHANNEM RODOLPHUM MEISIUM, nobilem Tigurinum, juvenes splendidissimos & honestissimos, quibus cum Haidelbergæ vixi conjunctissimè: Et hîc olim MELIOREM KOCHIUM, hominem mirè doctum & omnibus carum adeò mihi devinxi, ut ad illius in me amorem nihil accedere posse videatur. Postea Ingelstadium profectus amicos inveni TOBIAM SCULTETUM poëtam, Philologum & Philosophum eximium, SIGISMUNDUM à BURGHAUSEN palmare juvenum decus & Silesiæ suæ flosculum, IGNATIUM HANNIELEM Iurisconſ. & variæ eruditionis scientissimum, tum etiam IOHANNEM à BREDOW Eq. Marchicum, juvenem vitæ inculpatissimæ & prudentiæ in amicis legendis propè senilis. Inde in hanc Academiam reversus, non mediocriter me Iurisconsulto præstantissimo D. SCIPIONI GENTILI, & Medico ac Philosopho Germaniæ nostræ eminentissimo PHILIPPO SCHERBIO adprobavi; à quibus me meaque studia & mores amari & laudari scio, hocque fidenter ipsis volentibus nunc scribo. Artissimam quoque cum CHRISTOPHORO PFLUGIO Eq. Misno subactissimi judicii & miræ eruditionis juvene amici-

amicitiam contraxi. Si me GEORGIO GLACIANO Eloquentiæ professori, si GEORGIO QUECCIO Ethico interpreti publico amicum vivere dixero, tibi nota scilicet prædicavero. Nam quo me amore, qua fide, quibus beneficiis clarissimus & carissimus mihi Rittershusius semper sibi magis obstringat, ut hoc loco non tam meo grato animo, quàm ipsius verecundiæ morem gerens taceam, illorum omnium commemorationem alii loco commodiori reservo. Omitto hîc variorum adulescentum honestissimorum mentionem, quorum animos nonnullis officiis meis (quæ omnibus rectorum studiorum cupidis prolixè offerre soleo) mihi conciliavi. Ferre itaque possum, ut odio sim, quibus honestas omnis odio est. nam omnes habeo amicos, quibus levitas, crapula, vanitas, aliaque consimilia inimica sunt. QUEM meum animum, quin tibi, pater carissime, apprimè probem nihil dubito. qui vel ceterum maximo me semper amore meaque complecti soles; ut qui unicus tibi de tribus liberis superstum, & Anno CHRISTI cIↃ. IↃ. LXXVI. quem mihi plurimi etiam, qui nostra ferè mœnia accolunt, natalem fuisse testari queant, omnium rerum rationumque tuarum, quibus sæpè iniquissimis & indignissimis pressus fuisti, miram velut commutationem, ante malorum certè levationem attuli, vitamque tuam variè ante jactatam & re militari exercitam, ac quasi vagabundam in certo tamdem loco feci consistere. Ex quo Serenissimis tribus Palatinis Ele-

ctoribus, huiusque nunc patruo operam in otio & negotio fidelem præstitisti, potiusque quid in principis tui, quàm tuam rem esset, spectasti: nec lucrosas tibi (ut quidam calumniantur) fuisse præfecturas tuas eventus comprobavit. non enim tu lucrum morari soles, quod multos lutulentos reddidit, mihiq́ue non aliud magis inculcas, quàm quod Euripides: *Huiusmodi lucra hominem comparare decet, Propter quæ numquam in posterum doliturus sis.* Quin illud potius beat, quòd non ab optimo solùm & Illustrissimo Principe FRIDERICO ELECTORE PALATINO, ægrè quamvis sed honestissimè dimissus, tuaq́ue fides & integritas ab eodem collaudata fuit: sed ab aliis quoque, præsertim Reverendissimo & illustrissimo principe WOLFGANGO THEODORICO à RAITENAU, Archiepiscopo Salisburgensi &c. luculentæ & aliis expetendæ conditiones ultrô oblatæ sunt. Cuius principis optimi beneficentia uti adhuc, variis incommodis obstantibus nequivisti. an autem porrò usurus sis nescio, nam abitum in Vngariam te parere intellexi, quem sanè feliciùs magisq́ue ex sententia tibi velim procedere, quàm ante processit: siquidem post militatas in Polonia, Livonia, Gallia, Belgica. aliisq́ue locis militias nunc septimum in fatalem istam Vngariam redibis. DEVS tamen te mihi diutius conservet incolomem, detque collegas tibi fideliores, quàm ille olim fuerat Baro Vngarus, bipedum sacerrimus. Qui cùm annis abhinc quasi 28. muni-

munitionem quamdam Turcæ commodùm armis ereptam, cuique tum juvenis, jussu invictissimi herois LAZARI SCHWENDII, cum trecentis armatis præsidebas, reficere & restaurare jussus esset præ invidia tibi ex Vngaria in Belgium revorsuro, in cena illa ultima venenum præsentissimum propinavit, quo cum omnes medici te periturum persuasissimum sibi haberent, tu tamen incredibili corporis tui robore, cùm ipsis 23. heddomadis graviter decubuisses, nullo adhibito remedio venenum noxiosissimum tamdem superasti. Sed is qui supra nos rebus humanis curat, pèæterhac quoque suo te patrocinio tutum præstabit. Quo in voto desino, tibique me in omnes casus, nisi quid tibi secus videbitur, comitem abeunti offero. Bene vale, bene rem gere & me ama Altdorphio a. d. XVI. Martii.

Wer ein mehrers von diesem gelehrten u. hochmůthigen Mann wissen will der lese *Reimmanni Hist. Liter. Germ. L. 2. cont. sect. 3. p, 188. sqq. Stollii Hist. Litter.* u. a. m.

LXXVIII.

CONRADI CELTIS Protucii primi inter Germanos Imperatoriis manibus Poëte Laureati * *Quatuor Libri Amorum* secundum quatuor Latera Germanie feliciter incipiunt.

* in arce Norimbergensi A. 1487. manibus Friderici III. Imp. Rom.

Quin tot iam nutriat Tellus Germana Poëtas
Audent qui cunctis ſpargere metra plagis
Cur ego terquinum tacui qui Celtis in annum
Non auſim noſtros edere in orbe libros.

in 4. *ſub fin* ſteht: Abſoluta ſunt hæc C. C. opera in Vienna Domicilio Max. Auguſti Cæſa. Anno M D. noui ſeculi II. Kalen. Febru. Impreſſa autem Norimbergæ (ap. A. P.) eiusdem anni Nonis Aprilibus. Sub priuilegio Sodalitatis Celticæ nuper a ſenatu imperiali impetrato vt nullus hæc in decem annis in Imperii vrbibus inprimat.

Zu 1.) ſtehet Conr. C. praeſ. ad *Maximil.* Regem, & *Panegyrici prima pars*; 2.) *libb. IV. amorum*; 3.) *Germania Generalis*; 4.) *Norinberga* *, ſ. libellus de ſitu inſtituto & moribus Norinbergæ. Cenſoribus *Joanne Dalburgio* Vurmacienſi Epiſcopo & *Villibaldo Pyrkhaimer* Patricio & Senatorii ordinis viro integerrimo Philoſophiæque & in vtraque lingua græca & Rhomana eruditiſſimo: & *Joanne Coclite* ducali Senatore. 5.) *Hymnus Saphicus in Vitam S. Sebaldi*; 6.) *Ludus Dyanæ* coram Maximiliano Rege per Sodalitatem Litterariam Danubianam in Linzio; 7.) *Priuilegium Erectionis Collegii Poetarum & Mathematicorum in Vienna*; 8.) *Panegyricus Vincencii*

* *inſerta* qq. B. *Pirckheimeri Opp.* p. 116. ſeqq. it. *Franc. Irenici Exegeſi Hiſt. German. adi.* fol. 436. ſqq.

cencii Longini & Eleutherii Sylesitani artium & philosoph. doctoris poetæque laureati: ad diuum Maxmil. regem Rhomanorum pro instituto & erecto collegio poetarum & mathematicorum in Vienna Pannoniæ, dictus 1502. & 9.) Epistola *Seb. Schreyeri* ciuis Norinb. ad C. *Celtem* A. 1500.; & *Celtis* Responsoria ad S. *Schreyerum*.

LXXIX.

CONRADI CELTIS Protucii, primi in Germania poete coronati, *libri Odarum* quatuor, cum *Epodo & seculari carmine*, diligenter & accurate impræssi, & hoc primum typo in studiosorum emolumentum editi:

in 4. sub fin. stehet: Argentorati, ex officina Schüreriana, ductu Leonhardi & Lucæ Alantsee fratrum, Ann. M. D. XIII. mense Maio. Regnante Imperatore Caes. Maximiliano, P. F. Aug.

Zu 1.) stehet *Joach. Vadiani* Zuschrifft an *Matthiam Schürerium*, eruditum & solertem chalcographum, dat. Viennæ Austriæ, decimo Kal. Martias, A. 1513. 2.) verschiedene *Epigrammata* u. *Carmina* auf dieses Opus lyricum oder Odas C. Celtis, als *Jo. Camertis*, Ord. Minorum & Theol. Profess. *Nic. Gerbelii* Phorcensis, *Thdodorici Vlsenii* Frisii Medici, *Gi-*

berti Barbettae Mirandulani Cancellarii, *Philippi Gundelii Boii.* 3.) M. *Thomae Velociani* Auſtrici, Theol. & Poëtae, cathedralis eccleſ. Viennenſis Canonici, *Dedication*, ad Laibacenſis & Secouianae eccleſiarum antiſtitem, Chriſtoph. Rauber. S. Caeſ. Mai. Conſiliarium. Und 4.) C. *Celtis Vita*, per *Sodalitatem Litterariam Rhenanam*. Lib. 2, iſt auch num. XXIII. eine *Ode ad Sebaldum Clamoſum* (*Schreyer*) zu leſen; Lib. 3. num. X. *in uitam* D. *Sebaldi* Nornbergenſium Patrem; num. XI. *ad ſeipſum*, & *Senatum Noricum*, &c. num. XXIII. ad *Joa. Reuchlin*. ſeu *Capnion*, trium linguarum Interpretem, & Philoſophum; num. XXVIII. ad *Joa. Tritemium* Druidam, Abbatem in Spanhaim. Die *στρόφοι* des *Carminis Secularis* enthalten numerum horarum diurnae reuolutionis coeli, & omnes ſphæras cœleſtes, mit dieſen Schlus-Worten:

Hæc ego in Hercinia cantaui carmina Sylua,
Alpica quæ Styrius tectaque Carnus habet.

worauf *Thomae Velociani* Auſtriaci kurze Zuſchrifft ad *Volgangum*, almi coenobii Druidarum in campis Liliacis abbatem folget, worinnen er ſchreibet: Optabas iam pridem tuæ charitati C. *Celtis epitaphia* ſimulque mortem ad te breui calamo demitterem. - - Mortuus eſt Celtis noſter & pie & Chriſtianiſſime inſignique funeris pompa, toto Viennenſis gymnaſii coetu comitante, iuxta ædem diui Stephani

ni traditus eſt ſepulturæ. Ibique in marmore candenti ad orientis plagam hac Romano more inſcriptura eſt honoratus, per amicos, d. *Joannem Pierium Gracchum* poetam, *Martinum Capinium* iureconſultum, *Andream Styborium* mathematicum, *Thomam Velocianum* Auſtriacum & *Steph. Roſinum* Auguſtanum. *Thomas Velocianus* in buſta Celtica.

Quas Jouis ira ferox metuit contingere lauros
Fulmine, proh nimium mors truculenta rap.
Attamen excelſæ ſurgent de ſtipite frondes,
Dulcius ac ſolito Celtica muſa canet,
Dum niſi corporeos potuiſti ſoluere nexus
Aeternum viuet carmine partus honos.

D. O. M. S.

C. Celti Pro. Oſtrofranco
Poëtæ, ex teſta.
poſitum

V J
V O

⊖ An. Chriſti. M. D. VIII. I I. No. Febru.
Vixit ann. XLVIII. dies III.

Dem curieuſen Leſer will hiermit einige vermuthlich noch ungetruckte Lat. uerſe C. *Celtis* aus dem *autographo Sebaldi Clamoſi* (oder Schreyers mittheilen. fol. 71. ſtehen folg. Worte:

Hoc

Hoc *Epitaphion* a C. CELTE & *Sebaldo Schreyer* pro Anna Nicodemi Cithareda Germana*: Anno domini M. CCCC. LXXXXI. die VI. May hoc Saxo tumulata pientissime positum est:

Jupiter vt celi concentum surgere terris
Vidit: & archanos crescere in arte modos
Non tulit: atque annum rapuit super ethera nostram,
Vt canat ambrosias dum capit ille dapes
Illius exuuias mons noricus accipit: illa
Euolat: & decimam se probat esse deam.

Vixit.

Annos XXII. Menses VII.

fol.

* Nebst diesen beigefügten Worten: Sebolt Schreyer hat durch Anregen des wirdigen hochgelerten *Counradi Celtis*, poete Laureati, und mit demselben auff Absterben einer kunstreichen Frauen Anna genannt / so einen *Nicodemus* genannt, zu einem ehrlichen Mann gehabt hat, die auch mit guten Sitten, Zuchten Tugenden u. schön des Leibs wolgeziert. Und in der Kunst Musica auch Mancherley seyttenspiel hochberümpt, und dermassen darinn geübt gewest, daß ihres gleichen weder in Teutscher noch Welscher Nacion von nymant gehört noch erfaren ist. Derselben ist ein Epitaphium und ettliche Carmina von C. Celte gemacht, auf ihrem Grabstein zu Sant Sebolt auff dem Kirchhoff zu nächst der lincken Hand, als man zu der Taufsthür in die gemelte Kyrchen gehen will, darunter sie begraben leyt. In Messing mit alten romischen puchstaben gestochen / auffmachen lassen.

fol. 72. Item hat Sebolt Schreyer in seinem Wohnhaus bei den Predigern in Nürnb. die vordere Stuben anders zurichten u. auff der Seytten zur rechten Handt des Eingangs gegen dem Marckt zu an die neuen Wandt X. prustpild mahlen lassen, nemlich Apollinem. Amphionem. Orpheum. Vnd die VII. Weisen yden mit seinem namen, instrumenten, u. einen reymen, darinnen etl. Carmina so *Conradus Celtes* dem gemelten Schreyer, mit einer *epistel* zugeschicket hat, folg. lauts: die Vberschrifft: Phebeo & heroico viro Domino *Sebaldo Clamoso* literarum patrono amico meo Charissimo. Der Brieff: *Celtis Clamaso* suo in aduersis tolleranciam etc. Scripsi ante annos in auarum mercatorem carmen. Cuius tibi particulam transcribo, vt ex illis & aliis tibi nuper missis ornare poteris ymagines tuas & eligere que consolationi tue seruire possunt &c. Vale ex Ingolstadio 1495.

Apollo.

Sperne mendacis rabiosa vulgi
Murmura: indoctam fugiens cateruam.
Et datum paucis poteris beatus
noscere verum.

Amphion.

Magnus exemplo tibi sit molosus.
Quem premunt vasto Sonitu catelli
Ille sed serpit tacitus minorum
Murmura ridens.

Orpheus.

Orpheus.

Perge virtutis generoſum : arctum
Et peranguſtum ſuperare callem
Illa ſecuram tibi ſola preſtat
Ducere vitam.

Thales.

Sola celeſti ſatiet beatum
Sede : promittens placidos honores.
Nec ſinit tetras ſtigij timere.

Solon.

Mercium duros agitans labores.
Orbe diuiſos populos negatis
Dribus miſcet : variasque verſat
pectore fraudes.

Chilo.

Inde corruptos memorant ruentis
Seculi mores habuiſſe cauſam
Splendidum luxum nitidoque pictos
Corpore cultus.

Pithacus.

Vnde veſano rabies amore
Fœnoris nata eſt : & auara magnos
Mens vorans cenſus : Satiata nulla
eris aceruo.

Byas.

Vnde cum duris cuneis egestas
Incutit curas animis edaces
Que negant fessis releuare blando
Corpora sompno.

Cleobulus.

Vndde mellite simulata lingue
Fluxerat pestis : Superum negator
Dum Jouem testem vocat & verendi
Numina celi.

Periander.

Qui canunt priscos meliore natos
Sole : natiuis casulis agentes.
Cespitem nulla patrium beati
merce colentes.

Auff der andern Seiten zur lincken Hand des Eingangs, gegen der Vesten zu, hab ich Schreyer IX. prustpild der IX. Musen, yede mit jrem Namen, Instrument u. einen reymen, mahlen lassen, darinnen etl Carmina. so *Conr. Celtes* mir in einer *Epistel* zugeschicket, u. also lauten:

Die Vberschrifft: Magnifico & phebeo viro Domino *Sebaldo Schreyer*. amicissimo in Noremberga.

Der Brieff:

Celtis Clamoso suo animi tranquilitatem. Mitto tibi mi *Clamose* hic insertam *Sancti Sebaldi vi tam*

tam impressam : plures Chartas cum pergamenis accepisses cum forma ymaginis nisi nos fatum aut negligentia mea perdere cum Norimberga & alijs rebus voluisset : Spero tamen: si spes plurimam cadit: te operam daturum vt sacculus reinueniatur : Ego Summam diligentiam dum abirem in villis & tabernis & sacerdotibus feci vt tibi aut ad parochiam sancti Sebaldi si inveniatur presentet ? Quid perceperis oro ad futuram ebdomodam per *danusium* nostrum rescribe. Collegi enim laceras quasdam chartas circa latrinam dissipatas, ex quibus fortasse descriptio illa tue patrie resarciri poterit sed magnis laboribus : nec prima calamitas illa accidit si conquerendum aliquid pho foret qui prius & libellos & suppellectilem bis amiserim : Super centum aureis in valore : sed contra omnes fortune insultationes animus sapienter insurgere debet : nec muliebriter in querelis effundi. Sed vt doctissimi nos iubent parare in concussum stabilem paremque dijs immortalibus animum : Quocirca animum tibi ipse mea adhortatione assume & si potes nouum in te crea qui omnes aduersitates quas prospere iam euasisti& superasti abigat : Memor illius Saphici esse velis & menti tue inculcare quid ad consolationem alias amici scripsimus : Perlege illa interea pro medela vulneris tuî donec alia fortiora remedia cum tempore ex honestis libris & officina sapientum conquiram & cum alijs tibi trans-

mittendis

mittendis tibi destinem: Vale dulcissime *Sebalde*. Ex Ingolstadio 1495.

Clyo.

Crastino forsan moriere sole
Nec sacer numus poterit morari
Fata: quin paruo tumulo obruare
Puluis & vmbra.

Eutherpe.

Ergo iam letas facias adesse
Temporum causas: tibi submouendo
Mordicas curas; volucres capessens
Gaudia vite.

Melpomene

Inuidet curis deus ipse nostris
Nosse qui cunctos uoluit beatos
Ferre quod fatum statuere diui
Cuius per orbem.

Thalia

Quem premit nullis sua vita curis
Et cui semper micuit Serenum
Gaudeat fausto radio benigni
Syderis ortus.

Polymnia.

Rarior coruo niueo sed ille est
Et fuit nullo generatus euo
Ipsa dum nullam radiosa seruant
Sydera pacem.

Eratho.

Mitte fallacem dubijs vagari
Paſſibus ſortem : fueris beatus
Si potes cunctis animum quietum
addere rebus.

Terpſicore.

Verſat in certum dea ceca ludum
Et rotam vultu dubio gubernat
Quam ſuo fulgens ſapiens vigore
Spernit & odit.

Vrania.

Sic vago ludit temulenta paſſu
Sors : monens curas animos prementes
Spesque nunc letas iterum timores
Turgida verſat.

Callyope.

Que niſi ſolus ſapiens fugauit
Ille contemſit triuiale murmur
Et ſui pollenti animi vigore
perſtitit equus.

fol. 73. in dem Schwingbogen neben dem Ofen 3. pruſtpild ohne Namen, u. zu unterſt auff dem Ofenhert ein pruſtpild *Oracij* mit eynem reymen ettl. Carmina von C. *Celte* mit Schreyern auch zugeſchickt.

Effluit curſu fugiens citato
Mobilis vire obiuioſus error
Statque preſentis breuis hora vite
Semper in arctio.

Sit mihi victus tenuis sub arcta
Veste: corpus socium tegatur
Et domus saltem boream Coercens
Cespite paruo

Carus ac equus veniat sodalis
Cui loquar letis tacitisque verbis
Is mee cursum seriemque vite
Carpat & ornet.

Oratius.

Letus in presens animus quod vltra est
Oderit curas: & amara lento
Temperet risu: nichil est ab omni
parte beatum.

Item in die geweug der Venster: in ein yedes 2. prustpild thut alle VIII. prustpild der einstheils Conterfeth sind nemlich im ersten gegen der Vesten zu *Conradus Celtis* poeta &c. u. *Petrus Danhauser* vom gemelten *Celte* auch mit Schreyern gemacht.

Puluis & vmbra sumus tantum post funera virtus
Nomen inextinctum sola superstes habet.
Omnia si perdas famam seruare memento,
Qua semel amissa postea nullus eris.
Morte mori melius quam vite ferre pudorem
Nam prestat cunctis candida fama bonis.
Candida fama suis pollens virtutibus: omnem
Exsuperat mortem secula longa videns.
Nemo malus poterit virtuti demere famam
Quamuis a cunctis demat auarus opes.

Casibus aduersis generosa virtus paratur
Et quanto premitur tam magis astra petit.
Nemo potest sanctam post fata relinquere famam
Ni sibi sit virts curaque summa deus.
Ergo piis precibus matrem modo pulsó tonantis
Vt maneat Vite candida fama mee.

Item zuvoderst an den 2. Venster gewengl. 2. prustpild gegen der thür sehende, das eine gegen der Vesten eines Jünglings, u. das ander gegen dem Marckt eines ganz alten pildniß ydes mit einem reymen, darinn Carmina auch von *C. Celte* Seb. Schreyern zugeschickt, also lautend:

Nec mihi venture tanta est post funera laudis
Gratia: dum viuo quod miser esse velim
Decipimur votis & tempore fallimur & mors
Decidet curas: anxia vita nichil.

Ferner hat *C. Celtes* mir Seb. Schreyern in meinen Widerwärtigkeiten, so mir u. *Sebast.* Kammermeister meinem Schwager, (von einem uns in linea affinitatis gefunden, der uns in unseren Vertrauen, das wir zu ihme gesezt haben von seins eigenuzs wegen mit viel guten Worten, auch mancherlei Versprechuug, der er doch keins gehalten, u. uns dadurch in grosse Unkosten geführt hat) zugestanden, zu einem Trost, etliche Carmina gemacht, und in einer Epistel zugeschickt, also lautend: *Conradi Celtis* producij Germani, Imperatorijs manibus poete laureati: ad *Sebaldum*

baldum Clamosum alias Schreyer Carmen consolatorium fauste incipit.

Clamose nostris carminibus fauens
Et liberalis sepe remunerans
Hæc pauca per nostras rigentes
Suscipias celebrande musas.

Forsan dolorem que tibi mulceant
Tollantque tristi mente serenides
Dum nuper a falsis amicis
Justitiam querebare ruptam.

Nummos auarus si tibi sustulit
Bonisque cunctis insidias dedit
Velut cruentus latro densis
Itinerem spoliat latebris.

Licet repostas ille pecunias
Pictasque in auro poscat imagines
Tuam tamen virtute partam
Non poterit spoliare famam.

Vrbs noricorum te celeberrima
Clara & vetusta progenie creat
Que cesarum regumque & aulas
Cum nitidis sequebantur armis.

Secutus annis tu iuuenilibus
Sub Friderico cesare militas
Nostris capillis quique sacram
Presserat aoniam coronam.

Sed nunc quieto pectore preditus
Viuis paternis redditibus bonus

Et cogitas virtute ſanctam
Poſteritatis habere curam.

Tibi litterarum precipuum decus
In orbe: cordi eſt linquere poſteris
Eternius ſub ſole noſtro
Quo poterit nichil eſſe facto.

Eſt rhoma teſtis totaque gretia
Magnis ruinis que modo diruta
Ex litteris que ſola viuunt
Perpetuas habitura laudes.

Hoc tu ſecutus pectore nobili
Libros reformas & ſtimulas viros
Muſarum alumnos: vt futuris
Ferre velint monumenta ſeclis.

Tu templa curas & veteres ſuo
Situ pereſas tergis imagines
Religionis cultor atque
Juſtitie venerator alme.

Prudens auoro abſtineas viro
Qui queſtuoſis voluitur artibus
Nam fraudibus talis dolisque
Pectora fert ſua plena vafris.

Deos precatur murmure dentium
Cunctis ſed intus numinibus uacat
Dum mente voluit quo ſceleſtam
Ingenio locupletet arcam.

Non ille famam vel ſuperos timet
Virtutes alte aut premia penſitat

Sed

Sed deuorat numos : auerno
Inſaciabilior profundo.

Dum parua tractat : Juſtus & integer
Cupit uideri : at nullus iniquior
Dum magna reſtat preda : nunquam
Ingluuiem ſatians patentem.

Charis amicis numine preſtitam
Fidem reſignat federa deſerens
Verbis ſetenus ; ſed rapacis
Pectus habens truculentus urſi.

Qui colligendis diuitijs ſtudet
Curis grauatur ſemper & angitur
Et pectus affligit moleſtis
Et tacitis macerat querelis.

Hic meſtus inter fercula ſuſpicit
Quot quisque complet guttura fruſtulis
Quotque admouet quis pocla labris
Luminibus numerat ſeueris.

Hic clara cunctis nomina ſeculis
Herede charo linquere concipit
Sperans ſibi nummorum aceruis
Perpetuam ſtabilire famam.

Sed cogitatus illius obruunt
Decreta diuum : parta laboribus
Dum diſſipat ſcortator heres
Ant ſubitis male dat ruinis.

Congeſta tandem quid ſibi profuit
Pecuniarum congeries : mouens

Curas edaces & querelas
Spemque metum simul & dolores.

Beatus ille est qui mediocribus
Bonis abundat : nec strepitum fori
Curat : suam laudando sortem
Nec miseros grauat aut molestat.

Dormit quietus ille penatibus
Nec longa noctis tempora diuidit
Cui nullus astat mente mente uindex
Crimrnibus tacitis remordens.

Mentes deorum cum melius sciant
Que cuique prosint uel nocitura sint
Sic digna iustis ac iniquis
Temporibus tribuent statutis.

Sed parce Clyo fata nocentium
Seueriori scribere carmine
Pepone bachum molliores
Ludere qui solet ad camenas. τέλοσ.

Eterne virtuti & probitati
posterisque pie & deuote dedicatum.

Die *Epistel* ist diese : *Celtis Clamoso* suo in aduersis tollerantiam. Recte consuluisti charissime Sebalde, vt aduentum meum post festa suspenderem : sicque faciam interea tua opera effities vt res nostra ad desideratum portum & finem deducetur &c. Quapropter vt magis te animarem offero virtuti tue hic per *Johannem* nostrum Carmen quod

quod his diebus: quamuis diu conceptum: plena & perfecta natiuitate absolui ex quo spero omnia colligere poteris que per chartam tuam hic tibi redditam desiderabas: pro virili enim dolosorum & auarorum & eiuscemodi mores hominum questui deditorum expressi: Ex quibus elige que ad ymagines octo idonea videris: Imaginesque habitu philosophico & poëtico per pictorem exprimere facias, vt cum ad te venerim quid illis addendum subtrahendumue sit iuditium feram. Quapropter & reliquas octo a tergo charte tue etiam iam mitto, vt absolutam materiam haberes. Nihil aliud nunc ex te volo nisi quod probus letus & iucundus cum coniuge tua sis & imagines in ordinem redigas. Vale citissime Ex Ingelstadio die martis post oculi mei 1495.

Die *inscription*: Phebeo & heroico viro domino *Sebaldo Clamoso* honestarum literarum patrono amico meo charissimo.

